HERCVLIS SAXONIAE,

Practicam Medicinam in Patauino Gymnasio ordinariam profitentis

DISPVTATIO

De Phœnigmorum, quæ vulgo Vesicantia appellantur, & de Theriacæ usu in febribus pestilentibus.

In qua etiam de natura Pestis, & pestilentium febrium nonnulla tractantur.

AD HIERONYMVM DONATVM virum Clariss. Patritium Venetum.



PATAVII,
Apud Paulum Meiettum. M. D. XCI.

CLARISSIMO
PATRITIO VENETO,
HIERONYMO DONATO.

HERCVLES SAXONIA,
Medicus Patauinus S. D.

DICI non poteſt, clariſſime Donate, quanta cupiditate ardeã, meam vt erga te voluntatem, atque obſeruãtiam illuſtri aliqua ſignificatione teſtatam relinquã. Id quod ſi, quẽadmodum vellẽ, adhuc mihi efficere non licet, at ſaltem, quemadmodum poſſum, libentiſſimè facio, vt, cùm omnia me tibi debere intelligam, hanc, quam primam edo, lucubrationem meam, ſub tuo præclariſſimo nomine in medium proferam, cumq́ue honorem tibi habeam, qui non niſi egregijs, & præclaris hominibus haberi conſueuit; & quidem meritiſſimo habeam, non ſolùm illuſtriſſimorum maiorum imaginibus exornato, ſed etiam in optimarũ artium ſtu-

dijs ad excellétiam mirabiliter progresso, & præstantissimi Senatoris, propinqui tui, Leonardi Donati, Equitis, & D. Marci Procuratoris Illustrissimi singularibus vestigijs insistenti, signatis ad gloriam sempiternam. Quanquam autem hoc perexiguũ est ad laudem tuam: tamen tu pro tua benignitate tanquam graue accipies, ab animo profectũ ad honorandam virtutem, atque alendam beneuolentiam animi tui incredibiliter propenso, & à beneficentia illustrissimæ Donatæ Domus, tanquam à numine aliquo propitio prorsus pendente. Quod ut facias, te etiam, atque etiam rogo. Vale Patauij. Mense Iulio. M D XCI.

HERCVLIS SAXONIAE.

PRAEFATIO AD LECTOREM.

NON ignoro, candide Lector, meam hanc disputationem multò locupletiorem, in plerisq; locis meliùs dispositã, atq; elegantiorem in luce prodire posse; neque.n.ego is sum, qui rem omnibus numeris absolutam tam breui temporis spatio, quale mihi ipsi multas ob causas perstringere coactus sum, ante doctissimorum virorum oculos offerre posse persuadeam. Publicè quidem satis diu pro ætate docui, nihil verò publicè amplius scripsi, neque ut scriberem, si ingenuè fatear, vnquam fuit animus. Sciebam enim hoc laboris genere, non quidem ad rudes & tyrones, sed ad eruditos & veteranos sermonem conuerti, quos cùm non nisi rerum nouitas, grauitas, selectus ordo, elegantia, delectare aut iuuare soleant, quæ virum etiam præter cætera bonis disciplinis imbutum, assiduis studijs exercitatum, laborisque minimè aduersarium exquirunt; ego sanè talia de me ipso polliceri nunquam sum ausus. Occasio tamen ea fuit, quæ me non modò ad publicè, sed & ex tẽpore ac uolanti calamo scribẽdum tantoperè coegit, ut quamuis ob Typographi tarditatem iam secundus ferè mẽsis à perfecto opere ad editionem transierit, ego tamen vix dies duo de uiginti pro eodem conficiendo, transcribendo ac corrigendo consumpserim. Si itaque plura in ea quæ ad phęnigmorũ usum pertinet parte quispiam deficere arbitretur, is intelligat, nouam hanc esse tractationem, à nemine, quantum ego sciam, usque in hoc tempus aggressam; propterea cùm facile sit inuentis addere, mei ipsius exemplo alij fortasse eam ipsam augere ac perficere poterunt.

runt. Quod si secundam disputationis partem inutiliter à me superadditã iudicare uoluerint, cùm hanc ipsam inter cæteros Iosephus Valdanius, & Donzellinus, contra quos sunt Vincentius Calzauelius, & Iulius Alexandrinus, ante me multò maiore doctrina & eloquentia aggressi fuerint, isti etiam sciant, me ut paulò pòst intelligent, hanc ipsam partem, sicuti & priorem, non nisi necessitate compulsum disputandam suscepisse, Alexandrinique & Donzellini rationes, quæ mihi neque multæ neque potiores uisæ sunt, perlegisse, Valdanium uerò atque Calzauelium, apud quos fortè uel omnia quæ à me proponuntur, uel fortasse plura continentur, habere non potuisse. Ordinem verò disputationis quãuis eum esse sciam, qui à me ipso quoque aliquando, si tulerit occasio, melius disponi debeat, nunc tamen, eum quoque talem esse iudico, qui nullam omnino legenti obscuritatem, nullamque confusionem parere possit. In scribendo autem, ulla arte cùm ob temporis angustiam, tum uerò quòd res medicas tantam Ciceronianæ eloquentiæ dulcedinem non necessariò exquirere pro certo habeam, minimè usus sum. Cætera si quæ sunt bonus quisque uir, boni etiam, imò uerò optimi quoque consulet. Vale.

ERRATA POTIORA SIC CORRIGITO.

Fol. 9.	refrigerationem	lege	. Refrigerationem
eodem fol.	in quibus.	lege	. In quibus
fol. 10. à tergo.	At si	lege	: at si
fol. 11. à tergo	pro nemus	lege	proponemus
fol. 13.	infamentur?	lege	infamentur:
fol. eod. à tergo.	latiore	lege	latione
fol. 16.	exulcerare	lege	ex ulcere
fol. 21. à tergo.	calidis	lege	ualidis.

HERCVLIS SAXONIAE DISPVTATIO

De Phœnigmorum, ſeu veſicantium, & Theriacæ vſu in febre peſtilenti.

SVPERIORIBVS diebus Iulianus de Ruuere, vir Illuſtriſsimus efflagitauit, & in Sereniſs. Ducis Vrbini patrui ſui gratiam accurata admodum Patauij inter medicos clariſſimos haberetur de quibuſdam febrium ſpeciebus hoc tẽpore paſſim Piſauri graſſantium conſultatio: in qua cum vnuſquiſque enixè elaborauerit, vt & earũ naturam ad vnguem deſignaret, & propriam deinde curationẽ ſubiungeret, egóque ſimiliter acceſitus meam de idea, & medendi ratione ſententiam protulerim; inter cætera vero Theriacæ, & phœnigmorum, ſeu, vt trita omnib. voce vtamur, veſicantium vſum ſummopere cõmendauerim; factum eſt, ut hoc meum de Theriaca conſilium à nemine eorũ, qui conſultationi affuerunt, receptum ſit; veſicantia verò à quibuſdam tantum, validiſſimis argumentis repudiata ſint. Quorũ opinioni etiamſi mihi profectò non facile ſubſcribẽdum eſſe iudicarem; quod eorum rationes, quamquam ſub-

tiles & ingeniosas, at nõ solutu faciles existimare disputat ion hanc tñ, ea, qua soleo vti erga maiores & ætate, & eruditione viros, modestia, non solum in aliud tempus differre, sed, ne contentiosè cum viris præclarissimis, quos tamquàm patres veneror, & suspicio, agere velle viderer, ne aggredi quidem proposueram. Verum ab hoc me consilio reuocauit Hieronymus Zabarella ciuis noster maiorum nobilitate, & suis animi virtutibus perillustris, qui huiusce nostri congressus prouinciam à viro Illustrissimo acceperat. is enim ad me accessit, rogans, vt quam in communi plurimorum auditorũ cœtu de his febribus habueram orationem, etiam scriptis consignare vellem, & hoc modo cùm ipsi, tum Illustrissimo Iuliano, & Principi plenius satisfacerem.

Ego verò etsi primum id me facturum omninò recusaui; postea tamen anxiè admodũ id à me expetenti, cæterorumq; omnium, qui de his morbis disseruerant, descriptum iudiciũ quod Vibinum mitteret, se habiturum affirmanti, refragari diutius non potui, tandemq; statui illius voluntati obtemperare. Quod cum facere aggrederer, multæ me causæ impulerunt, vt meam opinionem non priuatim, sed publicè aperirem. videbam enim, quàm ægrè vnusquisq; sanæ mentis rẽ hanc esset laturus, vt Patauini medici [illegible] momenti, tam varia [illegible] inseque rentur, & quod vnus mirificè extolleret, alter deprimeret, quod vnus laudaret, alter accusaret, quod denique vnus hominis salutem existimaret, alter ipsissimã necem asseueranter affirmaret. Huc quoq; accessit Benedicti Flangini Venetijs summa cum laude medicinam facientis auctoritas, qui cum proximis suis ad me literis significauerit, nõ paruam Venetijs quoq; inter medicos de iisdem remedijs esse contentionem, rogauit etiam, vt meã hac de re opinionem publicè scriberem. Igitur in re tam dubia, & incerta, diuq;, ea præsertim quæ ad Theriacam pertinet parte, à grauissimis viris agitata fundamenta, propter quæ hactenus & Theriacam, & vesicantia eorum plerisque, qui pestilenti febre laborant, proficere existimem, simulq; horum Excellentissimorum virorum, qui oppositam tuetur sententiam, argumenta, & eorum solutiones in lucem proferre decreui;

decreui: eo ſanè conſilio, ut dum illorum rationes, & meas reſponſiones propono, ſi illi, qui primum in re medica hac noſtra tempeſtate locum obtinent, me illis non ſatisfeciſſe, ſed falſis, aut leuibus admodum ad cõfirmandum Theriacæ, & veſicantium vſum inniti fundamentis iudicauerint, poſt hac non ſolum cęteri ab horum vſu deſiſtant, ſed ego ipſe, ut par eſt, palinodiam canam; quod non recuſo. Cõtra vero, ſi me nõ inepte tot, tamq; grauibus celebriorum huius Gymnaſij virorum machinis, ſed cum ratione repugnare, measq; ipſius partes firmiſſimis quaſi vallis, & mœnibus munitas fuiſſe cenſuerint, in poſterum ab omnibus, poſtulante neceſſitate, in vſu haberi poſſint. Eo autem libentius in arenam hãc me deſcendiſſe fateor, quòd vel hos ipſos tum ſumma doctrina & eruditione, tum probitate & integritate homines, non minus, quàm nos, de communi hominum valetudine ſollicitos, in publico illo congreſſu earum rationum, quas aduerſum me adduxerant, ſolutionem audiuerim, poſtulãtes, atq; adeo profitentes, illis ipſis ſolutis, ſententiam libenter ſe mutaturos: non enim contradicendi ſtudio (quod, ita me Deus amet, in illis nullum omnino eſſe deprehendi) ſed tantum veritatis amore ductos, hæc quæ inferius aperientur, oppoſuiſſe exiſtimaui. Quo & ego animo ductus, non alicuius gloriolæ cupiditate impulſus, ſimulq; Illuſtriſſimo viro per nobiliſſimum ciuem meum gratificans, & Sereniſſimi Ducis petitioni, publicæq; ſaluti conſulens, hæc pauca ſcribere volui, quæ tamen à probis, doctisq; viris ſeuerè, ſi opus fuerit, caſtigari cupio, ne ſi pernicioſa fuerint, abſque debita eruditorum hominum cenſura relicta, in communem ægrotantium perniciem diuulgata, vlterius propagari poſſint.

Vt verò rationes, quæ & Theriacam, & veſicantia in peſtiferis febribus me tantopere diligere coegerunt, & eorum, quæ obiiciuntur, ſolutionem vnuſquiſque intelligat, primũ quidem de peſtiferarum febrium natura, & indicationibus, poſtea vero & de curatione verba mihi facienda eſſe duxi; ſumpto tamen ab hiſtoriæ narratione exordio. Vagantur, vt audio, Piſauri, & vt ego ipſe Patauii, & Venetijs, aliiſq; finitimis in locis, ad quæ vocatus ſum, obſeruare potui, febres

de febrib. peſtilent.

Tertio in tertium epid. 20.
Tertio in tertium. 57.
primo ex cut. 9.

pestis tamen inter perniciosos vulgares, febris autem pestilens inter sporadicos connumeratur.) si tamen hanc non pestem, sed pestiferam febrem epidemicam vocare voluerimus, nihil forte contra rationem, ne dicam contra Galeni placita profitebimur. Cur enim ea morborum genera, quæ ex assumptis, aut ijs quæ fiunt, vel ex aere quidem, sed in primis tantum qualitatibus mutato prodeunt, neque maiorem hominum partem apprehendunt, affectorum verò minorem potius interficiunt, & sine contagio sunt, ab illis, quæ excellentem quandam aeris putredinem, seu occultam, & quasi venenatam qualitatem insequuntur; neque modò maiorem hominum totius ferè orbis partem capiunt, & interficiunt, sed & plantis, & brutis quoque animalibus, cum sæua quadam contagii suspicione infesta sunt; qualia plerumque ab anno mundi 3558. vsque ad annum 3562. Romæ, in Aethiopia, in Ægypto, & Græcia extitisse auctores sunt Liuius, Ouidius, Thucydides, Hippocrates, & Eusebius Cæsariēsis: post Christum autem natum inter cæteros anno 1016. & 1348. Ioannes, & Matthæus Villanij, Boccacius, Sabellicus, Platina & alii memoriæ mandarunt; cur inquam illa ab istis distinguere non debeamus, ego sanè non uideo. Hanc igitur, quæ hoc tempore grassatur in omnium conditionem, omnino illi similem quæ anno 1528. per uniuersam ferè Italiam peruagata est, quam similiter neque contagium habuisse, neque corruptam aeris naturam insequutam esse scimus, non pestem, sed febrem pestiferam epidemicam vocari posse, & debere censeo. Ac tametsi non ignoro doctissimum Fracastorium non modò pestem, sed & febres pestiferas contagiosas esse voluisse; profectò si minime de omnibus, sed de quibusdam tantum intelligat, quales proximis annis 1576. 1577. uagabantur, ego quoque cum illo sentio, uerum has ratione contagii, non amplius febres epidemicas, sed potius pestem uocandas esse iudico. Neque tamen ex hoc quempiam arbitrari uelim, meam esse opinionem, contagium soli pesti conuenire (ego enim hoc minime assero) imò uero ut alios prætercam contagiosos morbos, phthisin, scabiem, lepram, ophthalmiam atque alios plurimos, febres etiam quasdam spora-

dicas

imbribus prouenienter, atque tantam eorum, quæ ex putri gignuntur, animalium, erucarum, aureliarum, papilionum, aliorum denique id genus etiam nunc producente, calidissimam superuenientem æstatem ad putridorum humorum generationem aptissimam esse videam: denique, quod succedēte Autumno facta cutis constipatione, insignem hanc humorum ebullitionem, & putredinem multo deteriorem statum suscepturam esse suspicer. Etenim pestes non eo ipso tempore quo prauis vtimur alimentis, aut sub humidiore cœlo viuimus, genitas esse, satis Epidemicæ Hippocratis constitutiones declarare possunt; quas quidem post annum etiā integrum ab austrino & pluuioso cœlo grassatas esse, vnusquisque facile intelligere potest. Discat igitur vnusquisq; talem sibi victus rationem instituere, victu frugali, veneris immodicæ abstinentia, moderatisq; exercitationibus, & somno, vt corpora, & ab excrementis pura, &, si humidiora fuerint, ab humiditate immunia reddere possit: maxime vero omniū ab impietate in Deum, eiusque ira in se irritanda quisque caueat. Sperandum enim hac ratione, imprimis Dei O. M. auxilio, deinde vero congrua viuendi ratione, imminentis mali tempestatem nos euasuros. Monitos itaque Principes, & sanitatis custodes esse velim, vt non minus de tuenda corporum sanitate quàm de turpibus & detestabilibus uitiis expurgandis maximam habeant solicitudinem; orationibus enim, ieiunijs, denique vera pœnitentia Diuinam nobis iustè paratam vindictam, bellum, famem pestemq; vitari posse, Niniuitarum atq; aliorum testimonio satis comprobatum est. Sed iam ad rem ipsam redeo, & cum communem harū febrium naturam satis superq; iam declarasse me existimem, nunc propius ad easdem delineandas, & explicandas accedā. Qua in parte, cum & genus proximum, & locos affectos, ac causas denique proximas percurrere oporteat, quod generaliter feci, id ipsum sigillatim quoque præstabo, ut harum febrium cum legitima peste conuenientia, & differentia facilius, atque illustrius internosci possit. Cum enim multa in peste ab omnibus profusè admodum concedantur, quæ in his auidè subtrahuntur, si vtriusque conuenientiam & diffe-

ſentias intelligamus, profectò quàm perperam plurima his febribus denegentur, quæ peſti conceduntur, vnuſquiſq; facile animo concipere poterit. Differt igitur in primis Peſtis ipſa à febribus peſtiferis genere: febrem enim peſtiferã, ſub nullo alio, quàm ſub febris genere contineri, vocis ipſius proprietas declarat: Peſtem vero non ſolum ſine febre conſiſtere, ſed ad omne genus morbi referri poſſe, complures doctiſſimi viri, inter quos Alexander Maſſaria, quem honoris gratia nominatum volo, ſatis copioſe demonſtrarunt. quibus etiam ratio ipſa, & auctoritas Hippoc. & Gal. adſtipulatur: dum enim peſtis naturã diligenter conſidero, (ut paulo poſt explicabo) nil aliud ſanè, quàm omnium malorum principium eſſe videtur; propterea neque propriè febris, neque tũmor, neque alterius conſimilis morbi nomine vocari debet, ſed omnium horum fons & origo. Propterea Hippoc. 3. in 3. epid. in conſtitutione illa peſtilenti inquit, aliquando adiunctam fuiſſe febrem; aliquando non. In hoc tamen peſtis, & febris peſtilens conuenire videntur, quod peſtis etiam maiori ex parte febrem habet adnexam: etſi rurſum, me iudice, differant; quod febris peſtifera, vt plurimum putrida, quanquam etiam hectica fieri poſſit, Ephemera autem nunquam; Peſtem uero cum omni febrium ſpecie coniungi, & rationibus & auctoritatibus, & experimentis confirmatur. In Peſte enim eos omnes, qui loquentes, ambulantes, propria denique munia facientes, abſque vllo morbi genere interire uidentur, quod à Plutarcho in Romulo, & Iacobo de Partibus proditum eſt, atque à multis aliis obſeruatum, id non ob aliam ſanè cauſam, quàm ob ephemeram febrem à peſte inductam fieri autumo; peſtilentes autem febres minime ephemeras eſſe poſſe, tempus ipſius morbi ſatis ſuperq; declarat, neminem enim ante quartum interire, plurimos verò poſt ſeptimum, & decimumquartum, cum ſignis etiam putredinis ſuum diem obire, quotidiana docet experientia. Hecticas autem, de quibus non ſemel tantum meminit Gal. quandoq; uero etiam peſtilentes reperiri, dum ea omnia ſigna, quæ ab eodem Gal. 3. de præſag. ex Pul. referuntur, diligenter adnotaui, me non ſemel tantum uidiſſe profiteor. Talis igi-

(Margin notes: Tertio in 3. epid. — Tex. 25. — Super 1. 4. cap. de cura feb. peſt. — X. meth. 5 fine & 3. de præſag. ex pul. 4.)

tu)

tur est febrium pestiferarum cum Peste in genere conuenientia, ac differentia. Quantum vero ad locum affectum pertinet, in hac etiam parte aliquam existimo esse pestiferarũ à peste differentiã. Febres enim omnes pestiferas sine cordis, aut primaria aut secundaria læsione haudquaquam consistere posse censeo; nam si febris morbus cordis est, erit etiam & talis febris, pestifera scilicet. in peste autem, quamuis nõ raro primam & præcipuam omnium partẽ affectam cor ipsum esse credam; quandoque tamen fieri potest, vt primus viciati aëris impetus, non solum in alia quapiam principe parte incipiat, sed etiam antequam cor ipsum infestet, ad ignobiliores quasdam partes præcipitet: quod in peste illa Thucydidis, vt cæteras prætermittã, euenisse, vnicuique locum illum legenti fac le patere poterit. omnibus enim ferè primum quidẽ caput afficiebatur, quibusdam verò deinde etiã cor in consensum trahebatur; alijs aũt antequàm cor ipsum peteret, in extremas quasdã partes grassabatur, quibus corruptis & à corpore separatis, iam corpus ab huiusmodi labe impurum reddi videbatur: ut propterea minime in dubiũ reuocandum sit, quod etiã videtur à Gal. 3. de vsu partiũ adnotatum, pestẽ non semper cor ipsum, sed quandoq; infimas ipsas partes, vt pedes, obsedisse. De febre aũt pestifera aliter omnino sentiendum esse videtur. cum enim sine cordis insigni læsione illam nunquam excitari posse credam, hanc læsionẽ quandoque primariò, quandoq; aũt secundariò in corde fieri, si febriũ modi diligenter obseruentur, facilè vnusquisque concipiet: quandoque enim malignę ab initio statim apparẽt, ut quibus uenenata qualitas primario cor ipsum obsideat; quibusdam verò tertianæ, aut semitertianæ, aut quotidianæ, aut quartanæ, aut ardentes, & synochæ, aut lipyriæ, & epialæ incipere possunt; utpote in quibus cum hic, uel alter humor modò minores, aliquando medias, uel maiores venas obsideat, tandem verò venenata sua qualitate in cor impetum faciens pestilentem febrem constituat. Nec minus ex cõmuni venarum putredine, quàm etiam ex determinata, secundaria quadam ratione cor febrem pestiferam incurrere pro certo habeo; ut propterea phrenitides, anginæ, pleuritides, peripneu-

1. lib. hist.

B

minus cum ratione ipsa stare potest. aere enim in propria sui essentia putrido & uenenato, neque ullum in humana specie indiuiduum, neque in tota mundi uniuersitate ullam omnino speciem consistere posse pro certo habeo. Putrido enim aere quomodo etiã cætera non putrescerent elementa? Quod si putrescant, ex quibusnam mixta generabũtur? profecto nõ nisi ex putridis: ex putrido aũt cũ nõ aliud quàm putridum gigni possit, omnia tandem sub putredine corruere opus esset, ideo putredinis & ueneni nomine nil aliud, quã eorum qui aeri in hac nostra regione miscentur uaporũ corruptionẽ, intelligo; quæ aliquando ad talem putredinis gradum peruenire potest, ut etiãsi absque corporum subiectorum dispositione minime interficere possit, attamen, si hãc subiectorũ præparationem inueniat, facillime uenenatæ qualitatis gradum suscipere uideatur. Cum igitur pestem ab hac uenenata qualitate & ortum, & incremẽtũ suscipere, pauci ambigãt, febrem pestiferam ab eadem causa proficisci, multò facilius secundum Galeni doctrinam, concedere debet. etenim non modo in illo 6. in 6. Epid. uerum etiam alijs pluribus in locis uenenatam hanc qualitatem in corporibus nostris cordi, & cæteris principib. partibus inimicam generari explicatissimis uerbis protulit, sic enim 6. Epid. scribit: Ex ,, oriuntur. n. dolores quidam maligni à maleficis, seu medica- ,, mentis, quæ deleteria. i. mortifera uocant, seu feris uenenum ,, ictu fundentibus, siue succis aliquibus ex improbo victu, ,, aut pestilenti cœlo in corpore genitis. ex quo loco satis con- ,, stat, non dissimilia Galenũ ea constituere uenena, quæ ex improbo victu, vt in febre pestifera, vel ex pestilenti cœlo; vt in vera peste, ab illis, quæ feræ eiaculantur, aut assumuntur. Sed clarius 5. in 3. Epid. ita scribit; Item in hac phrenitide 75 uitiosus in corpore humor coaceruatus fuit veneno lethali ,, assimilis, in corporibus vicinis aliquid paulatim agens; & ,, quæ sequuntur. Quo in loco Gal. manifestè, non de veneno ,, ab aere putrido seu pestilenti cœlo, ortum ducente, sed ob improbam victus rationem genito sermonem facere satis cõstat. Libro etiam de bonitate & vitio succorum ita scribit; Cũ nullus vnquam ad tantum dementiæ ueniat, ut ignoret ,,

In lib. de longit. & breuit. uitæ.

Quinto.

" quantum inſit in eo mali, ſi contenti in corpore humores in
" medicamentoſas qualitates degenerent. Plura alia id genus
" loca fortaſſe in medium proferre poſſem, ne tamen ſolis Gal. verbis meam hanc diſputationem inutiliter replere videar, iſtis ero contentus: cætera loca, qui voluerint, etiam facile videre poterunt, vt 5. & 6. lib. de loc. affectis, & alios plures. Ex (Cap. 7. / Cap. 5.) quibus non ſolum venenatam hanc qualitatem cæteris quæ aſſumuntur uenenis omnino ſimilem, peſtiferæ febris proximam eſſe cauſam, ſed etiam aliquando ſine magna & excellẽti humorum putredine excitari, ſatis ſuperque colligere licet: 3. n. in 3. epid. ſic ſcribit Gal. (Com. 75.) Iraque ut ueneno epoto lethali, quidã poſtridie vel tertia die moriuntur, qualitate eius,
" non copia mortem afferente, & item hic quoque æger ſtatim
" tertio die cenſendus eſt obijſſe à qualitate ſuccorum uirulentorum, non à plenitudine peremptus. Ea ſimiliter quæ à Galeno in 3. de loc. affect. de epilep. & 6. eiuſdem de hyſtericis (Cap. 7. / Cap. 5.) affectionibus ſcribuntur, idipſum luce clarius demonſtrant, ex minima ſcilicet aura, dummodo uenenata ſit qualitate donata, grauiſſima etiam inuehi ſymptomata, ut propterea Paulus Ægineta ex antiquioribus, & ex recentioribus grauiores omnes, qui de peſte, aut obiter, aut ex profeſſo ſcripſerunt, ut Andreas Gallus, Oddus de Oddis, Fernelius, Hollerius, Andernacus, Gentilis, Suſius, Mercurialis, Maſſaria, Nicolaus Maſſa, & ut uno uerbo dicam, omnes ferè in hoc conueniũt, febres has à uenenata & occulta qualitate omnem ferè naturam & perniciem ſuſcipere. Quòd ſi hanc ipſam uenenatã qualitatem ex inſigni etiam humorum putredine gigni, ut Gal. 5. in 6. epid. ſignificauit, affirmemus; id ſanè rationi valde cõſentaneum exiſtimamus: ſicuti. n. in aere nos ambiente venenatã illũ gradum, nõ minus ex cadauerũ inhumatorum, aliorumue animalium mortuorum, plantarumue praui ſucci corruptione, quã ẽt ex ex aquarũ paluſtriũ & ſtagnãtiũ putrida euaporatione, cauernis antris, ſeu barathris, & animalibus uenenum expirantibus introduci poſſe, ex omnium ſentẽtia accipimus; ita ẽt febres peſtiferas in humanis corporibus, quandoq; ex ualida humorum putredine, aliqñ aũt ſine hac tam ualida putredine uenenatã hanc poſſe qualitatẽ ſuſcipe-

re

re, minime reuocari in dubium debere iudico. Quia tñ Iulii Alexandrinũ, uirum alioquin doctissimum, nõ ita libenter ueritatem hanc in Galeni doctrina admittere uideo; liceat hunc unicum locum aliis superaddere, quẽ integrè cupio ab illis q̃ aliter sentiunt, legi; sic.n.scribit.2.in 1.proreth.17. Nã causæ aliquæ eorũ quæ ꝓcreantur potentia uirtuteq; tum uirus rabidorum canum, tum lethalia ea medicamẽta repræsentãt; & quæ sequuntur. Quæ omnia si legãtur, facile demostrant, nõ modò gigni venena qualitate potius quã copia noxia: sed ẽt diu in corporib⁹ latere posse: quæ uerò excellentẽ sequuntur putredinẽ, ex prauis quidem & illis admodum corruptis atq; humidioribus succis in loco apprime calido contentis gñari, si potissimũ & trãspiratio ꝓhibeat, & humida uniuscuiusq; patiẽtis natura siue ex tẽperamento, ætate, sexu, & uitæ rõne, siue ẽt ex aere incremẽtũm suscipiat, à Gal. & oĩbus, qui post illum de putredine scripsere, memoriæ ꝓditum est: sicut etiã ꝓhibitę trãspirationis causas, & in obstructiones, & corporis cõstipationem, densitatem, constrictionẽ à multitudine, crassitie, uiscidítate & lentore, ac frigiditate fieri, à nemine unq̃ in dubium est reuocatum. Ergo, ut uno uerbo oĩa quæ ad hãc partem, seu ad pestiferæ febris cãm pertinent, cõplectar, est sanè hæc cã, si in facto esse cõsideretur, oĩum ferè malorum, ac symptomatũ, q̃ humano corpori, imò uerò corruptionis, q̃ cunctis aĩantibus cõtingere solet, principium, fons & origo; oẽm ferè suã uim in occulta, ac uenenata qualitate continens; q̃uis à manifesta separari minime possit, ut ppea uenenum calidũ, frigidum, humidũ, ac siccum Gal. ẽt teste constituatur. Cuius causas in humano corpore aliqñ occultas admodũ, & inexplicabiles cõstituere, rõnabile ẽ; ut qñ uenenata hæc qualitas potius ui, q̃ copia necare vr̃; qñq; uerò manifestæ admodum sunt, imò uerò non aliæ, quàm illæ, quas magnam & excellentem putredinis cõditionem efficere diximus. Hos autem humores, in quibus talem constituimus excitari putredinem, aliquando vnum tantum esse, quandoque plures, nonnunquã etiã oẽs, propterea biliosos, pituitosos, melãcholicos, ac sanguineos, in Gal. doctrina minime negari debere, dubitãdum nõ est: ne.n. in recẽsendis plurib. locis lõgior sim, satis

Quinto simpl. 18. lib. quod animi mores &c. cap. 3. 6. in sexto epid. 5.

esse puto locum Galeni lib. de succorum bonitate & vitio indicare, vbi in hunc modũ scribit; Ac cæteris quidem om-
„ nibus, qui ratione niterentur facile fieri posse videbatur,
„ & quẽadmodum forinsecus exulcerationes, ac variæ appa-
„ rebant tumorum facies, phlegmonosorum & œdematoso-
„ rum, eorumque ad hæc quæ erysipelas, & scirrhum refer-
„ rent, sic partibus intimis quæcunque principales magis es-
„ sent, totidem accidere affectus potuisse. Quam Gal. aucto ritatem eo libentius in medium proferre volui, quòd non tantum pituitam & melancholiam, quæ œdema & scirrhum constituunt, pestiferæ febris causas esse ostendat, sed etiam quòd nostram superius propositam de locis in pestifera febre opinionem confirmet; eos scilicet non tam totius ambitus venas, quàm determinatas, & eas quidem principes partes existere. Quibus sic declaratis, etiamsi iam luce clarius constare putem, non modò pestiferam febrem cum legitima peste in hoc communi conuenire, quod scilicet ab occulta & uenenata qualitate quadam proficiscantur, uerumetiam ob hanc unam causam à cæteris omnibus febribus formali & essentiali vt dicunt distinctione differre, liceat tamen vt deinde præcipuam quoque indicationem & curandi rationẽ & proponere & instituere possimus, id ipsum inductione confirmare. Etenim pestifera febris per hunc venenatum gradum à cæteris non distinguatur, profecto neque genere, neq; subiecto, neque causis alijs efficientibus, neque etiam symptomatis distingui poterit. Et de genere ac subiecto vnumquenq; facile id concessurum puto, quandoquidem id ipsum etiam Galen. quandoque declarauit, febres non modò omnes, sed sigillatim quasdam malignas ex cerebro aut membranis, corde & pulmonibus, iecore, septo, uentriculo, aliis denique (a. In primum prorrh. 21) præcipuis partibus ortum ducere, quæ tamẽ pestilentes non sunt. Igitur locus quamuis præcipuus magnam quidem & malignam febrem potest efficere, pestilentem non necessario. Si etiam ad humorum putredinem respiciamus, nemo ambigit, cuiuscunque generis magnas & malignas febres, magnam quoque aut vnius aut plurium, aut omnium humorũ putredinem insequi, cum tamẽ minime pestilentes uocari debeãt,

quales

quales sunt synochæ, ardentes, lipyriæ, epialæ, atq; aliæ omnes continuæ, propterea etiam symptomatum numero ac magnitudine, nequaquã pestifere ab istis distinguuntur. quãdoque.n. ut etiam superius significaui, & à Gal. quoq; pluribus in locis adnotatum est, plura & grauiora febres ipsas minime pestiferas consequuntur symptomata, quàm exquisitas pestilentes, imò verò ita videntur in pestiferis omnia remissa, ut etiam doctos & exercitatos medicos decipere possint. Itaque sola occulta & uenenata ipsa qualitas legitimam pestilentem constituit, hanc ipsam à cæteris omnibus febribus & morbis distinguit, cum sit omnium febrium, omnium morborum, omnium deniq; symptomatum, quæcunque illa fuerint, principium, fons & origo, maiori ex parte (id quod in alijs, etiã si maligna fuerint, non contingit) eum quem apprehenderit interficiens; ad quod respiciens etiam Gal. 1. in primum Prorrethicorum, in hoc tantum malignum à pernicioso seu pestilenti differre iudicauit, quòd malignum spem salutis minime adimat, perniciosum verò vt plurimũ interficiat. Hoc igitur stante pestiferarum febrium proprio charactere, ad indicationes me cõfero. Et quia pestiferæ febris variæ sunt à me ex parte generis, subiecti, & causæ efficientis traditæ differẽtiæ, propterea non absolute tantum, sed in particulari vnicuique proprias indicationes ac scopos accommodare liceat. Quod enim ad Hecticas pestilentes pertinet, in his quatuor tantum præcipuos scopos esse existimo: primum quidem refrigerandi & humectandi, ratione febris: secundum occurrendi uenenatæ qualitati: tertium tuendi virtutem ipsam vitalem, quæ mirum in modum imbecillis esse solet: quartum & ultimum, (de quo tamen apud multos fortasse esset dubitatio) est exiccatio. Suspectam verò esse huiusmodi indicationem in his casibus, ipsiusmet febris natura indicare uidetur: si enim hecticæ sunt, potius humectandæ quàm exiccandæ esse videntur: ex alia tamen parte, cum omnis febris pestilens sine hac venenata qualitate, quæ ferè semper cuiusdam putredinis soboles est, minime possit consistere, propterea etiam solidam corporis substantiam aliquo eiusdem putredinis uestigio, qui exsiccantibus amoueri possit, infici-

2. in primũ Epid. 75.

3. in tertium. 34.

Tex. com. 14.

infici, minime controuersum esse debere, puto. Propterea Galen. 1. de differ. feb. quem plurimi ex recentioribus insequuti sunt, ut Valleſius, Ioubertus Delphinas, Conciliator, Montanus, & alii plurimi, hanc à solidis propositam putredinem minime separandam esse affirmarunt. Cuius oppositum, etsi nonnulli celeberrimi uiri, ut Trincauellius, tueri conati fuerint; hos tamen, cum insignem tantum partium solidarum cordis corruptionem subintelligere uideantur, facile cum superioribus conciliari posse, existimo: Propterea ad pestiferarum indicationes & scopos me conuerto. In quibus præter refrigerandi & humectādi scopum à febre desumptum, necessarium quoque est, occultæ & venenatæ qualitati occurrere, similiter uerò & causis illam producentibus. Quòd si ipsæ quoque occultæ fuerint, remediis etiam à proprietate operantibus agendum est; si autem manifestæ, qualis est putredo, illæ etiam omnes in hoc casu indicationis locum hñt, quæ ex Gal. sententia in cæteris omnibus putridis proponuntur, putridi quidem eradicationem, & caussarum, quæ ipsam fouent ac generant, abolitionem; quæ cum duæ sint, materia, & efficiens; materia, ut humida, est exiccanda; efficiens, quæ cohibita est transpiratio, varijs auxiliis causas transpirationē impedientes amouentibus corrigi potest. Propterea si transpiratio à multitudine impeditur, euacuatio conuenit; si à crassitie, lentore & uiscíditate, attenuandum, abstergendum & incidendum; si à densitate, rarefaciendum; si à constrictione denique, laxandum: ultima denique indicatio à uirtute uitali desumitur, quæ cum in his febrib. semper ferè infirma sit, propterea sui custodiam indicabit. Ex quibus iam luce clarius constare arbitror, tres tantum esse vniuersales, quæ omnibus scilicet conueniunt, indicationes, vnam quidem à febre, alterā autem à praua, & uenenata qualitate, tertiam verò à uiribus sumptā, cæteras uniuersales non esse, qñ neque in hecticis, neque in omnibus putridis locum habere videntur. Quæ omnia ut multò clariora reddantur, ab indicationibus ad earum auxilia, & auxiliorum materias descendo. Qua in re si Gal. & aliorum omnium probatorum scriptorum auctoritate comprobauero, cæteros omnes scopos

hoc

Quinto.
Lib. 5. c. 31.
Lib. de peste cap. 6. diff 94.
Lib. de pestilēt. feb.
11. meth.

hoc uno qui à venenata sumitur qualitate excepto, suspectos & periculosos esse, profectò in posterum omnes libentius, & Theriacam & vesicantia probaturos, confido. Quod enim ad refrigerandi, & humectandi scopum in primis pertinet, hunc vel nullum vel postremum saltem in pestiferis locum habere, ex hoc satis constare puto. Quod si de humectātibus sermo fiat; Gal. ipse & cæteri omnes, qui pestilentium curam descripsere, non modo illis non vtuntur; imò verò cōtrariam per exiccantia curandi rationem instituunt: sic enim Galenus tempore pestis corpora omnia humida se exiccasse, sicca verò in eodem statu conseruasse, scribit: & Auicennas (vt cæteros prætercam) summā curationis harum febrium exiccationem esse, inquit. Refrigerationem similiter plerunque in pestiferis febribus, neque multam, neque mediocriter esse tentandam, istimet grauissimi viri satis aperte insinuant. Si enim Gal. & 9. simplicium, & 1. in 6. Epidemiorum, & 3. de crisibus, & 3. de præsagio ex pulsibus, aperte testatur has febres non esse calore uehementes, peste laborantes minime calidos, aut perurentes esse; in hoc distingui malignas febres à magnis, quod illæ quidem exiguum admodum, istæ uerò vehementem calorem obtineant, vt propterea vix aliqñ ab exercitatissimis etiam medicis, neque ex calore aut pulsu, aut urinis deprehendi possint, profecto vnusquisque statim intelligere potest, con similes ob febrilis caliditatis vim non periclitari, ac proinde refrigerandi scopum in his casibus minime usurpari debere. Propterea etiam Auicennas Galeni dictis consentiens quasdam inquit esse febres pestiferas, in quibus, neque ægrum, neque propinquos tangentes multitudinem caloris percipere, imò uerò, nec pulsus, nec aquā, ut ipse scribit, immutari contingit; cum hoc tamen velociter interficere, & medicos de ipsius essentia hæsitare. in quibus casibus, valde stupidos illos existimarem, qui refrigeratos homines, & à venenata tantum qualitate extinctos, refrigerantibus, & humectantibus medicamentis tractandos esse censerent. In his enim, refrigerantibus prætermissis, Auic. hunc vnum scopum proponere videtur, vt caliditas ad exteriora trahatur; sic. n. scribit: Quod si res prolongetur ad hoc, vt ten

Prime de diffe. feb. 4.
Prima 4. cap. de cura pest.
Cap. de famia.
Tex. 25.
Cap. 4.
cap. 4.

dantur hypochondria, & infrigidentur extrema, & prolongentur vigiliæ, & permixtio mentis, & vides pectus & quod est super ipsum eleuari & descendere, tunc necesse est administrare regimen trahens caliditatem exterius. Sed iam ad euacuationum genera transeamus; quæ sanè cum & in pestiferis hecticis minime administrari debere omnium consensu confirmatum sit, propterea videndum est, vtrum in putridis talem in euacuantibus salutis spem reponere debeamus, ut hac una vel saltem præcipua hunc tam grauem morbum superaturos nos confidamus. Ego dum tot medicorum controuersias totque contraria Galeni loca accuratè admodum cõsiderarem, in hanc sanè deueni sententiam, magna ferè omnia euacuantia remedia, siue à chirurgo administrentur, siue per medicaméta assumantur, esse suspecta: nam si de venæ sectione verba fiant, cum Galen. in lib. de cibis boni & mali succi medicos sui temporis in hoc summopere commendet, q in ea pestilentia, quæ suo tempore grassabatur, à uenæ sectione abstinerent, hoc sanè statim confirmare videtur, venæ sectionem in pestiferis febribus non modò esse inutilem, sed & perniciosam. Cui etiam auctoritati rationem quoque adiungere licet; vbi enim humores in omnibus uenis contenti ad hunc summum putredinis gradum deuenerint, vt veneni etiam naturam contrahens, perfecto quid boni sanguinem ipsum eductum præstare posse speremus? sanè illum omninò corruptum & à natura alienum fore, qualem se vidisse eo tempore Galenus testatur, minime vereor; sed tamẽ existẽte vniuerso ipso sanguine iam infecto, & corrupto ex hac missione, is qui relinquitur, ad benignum perduci nõ potest. Quòd si quis dicat, hunc prauum sanguinem exeuntem, si non iuuat, saltem quòd putridus sit, minime obesse posse, profecto intelligant isti argumento à suppuratis & hydropicis, qui perforantur desumpto, non modo sanguinem ipsum quamuis impurum, sed & aquam, & pus non paruam vitalium spirituum exolutionem, dum euacuantur, efficere. Igitur in hac etiam humorum putredine, persistente vita spiritus ad eandem conseruandam, aptos contineri oportet, qui propterea secta vena in his casibus minime sunt dissipandi,

& ideo

& ideo Gal. non solum 4. de Tuen. val. exuperante humorũ à sanguine distantium copia, sed & 9. & 11. methodi, nec non lib. aduersus Iulianum in hac insigni humorum putredine venæ sectionem omninò suspectam habuisse videtur. Neque tamen hæc ideo me dixisse, vt venæ sectionem improbare, quempiam existimare velim; deficiente n. hac tam valida humorum corruptorum putredine (cuius defectum, ex valido pulsu deprehendimus) in quocunque morbi tempore audacter & ego venam ipsam secandam esse consulo: propterea multo tutiorem in ipsa peste ex aëre venenato ortum ducente existimo esse venæ sectionem, quam in febribus istis pestiferis; quod & Trincauellium sensisse uideo. putrido enim aere existente multa etiam corpora impuris humoribus minime referta ex Gal. sententia quandoque inficiuntur, in quibus. venæ sectio dum plenitudinem demit, & corpus aliqua ratione exiccat, consequenter prohibet, ne praua illa qualitas in humiditate & plenitudine diffusa vlterius vires suas exerceat, multò maius adiumentum præstare potest. Igitur venæ sectionem in pestiferis non à morbi tempore, sed à natura desumendam esse, volo; ut si prima etiam hora, qua quispiam ægrotat, huius exquisitæ putredinis, qualem ante descripsi, notæ ex pulsu, atque alijs sæuis symptomatis appareant, omninò venæ sectio prætermittatur: si verò hæc non solum prima ipsa hora, vel die, sed & sequentibus deficiant, audacter vena ipsa aperiatur: in statu autem dubio & medio, media etiam quadam via incedendum esse existimo, vt scilicet, vel hæmorrhoides suppressæ aperiantur, huic verò excretioni inassuetis, crura ipsa scarificentur. Id verò utrũ uera scarificatione, qualem ex Apollonio, Oribasius describit, an potius cucurbitulis nostris scarificatis perfici debeat, ego hoc in loco, quòd res longiore videtur oratione egere, subtilius disputare nolo; hoc tantum dixisse satis esse puto, quod etiam à Galeno & Hipp. accepi, medendum esse cito, tutò, & cum iucunditate exerceri debere medium, ut prosit, ne noceat. Cum autem cucurbitulæ scarificatæ citius, & tutius, & minori molestia id ipsum, quod scarificatio, efficiant, prosint consequenter, aut si non prosint, saltem nihil noceant, quod

Cap. 4. Cap. 4. Cap 14. Cap. 8.

Lib. suo de pestil. feb. 1. de diffe. feb. 4.

Lib. 7. c. 19.

2. in primũ epid. ʃ

de ſcarificatione dici non poteſt, planè ego ignoro, cur medici neglectis cucurbitulis ſcarificationem non medicorum incuria, ſed miniſtrorum immanitate prætermiſſam tantopere celebrare audeant. Scio quidem Apollonium illum apud
Cap.10. Oribaſium ſe ob cturum ſcarificationem à peſte liberatum fuiſſe profiteri; ſed quid inde? forte cucurbitulis multi etiã ab his morbis non liberantur? an fortè audebit quiſpiam affirmare, nullum ex illis, quibus ſcarificatio applicetur periclitari? hoc ſanè ſi experientia obſeruaremus, cæteris omnibus remedijs prætermiſſis, ſola ſcarificatione vti deberemus. At ſi cum ſcarificatione non minus, quã cum alijs remedijs multi intereant, cur cucurbitulis, tãtundem ac ſcarificatione (ut ego ſentio) valentibus omiſſis, ſcarificationem eligamus, planè non video: quando id quod in ſcarificatione præſtant balneum, percuſsio, & profunda vulnera, ad inducendam etiam ſyncopem aptiſſima, id ipſum vnico labore cucurbitula ipſa ſcarificata perficere poteſt. Vtrum uero infernis partibus, an potius ſupernis affigi debeant, etiam apud Clariſſimos medicos controuerſum eſſe uideo. Ego ſanè cenſeo, in corpore multis ſuccis referto, ſi nulla præceſſerit euacuatio, curcurbitulas infernis partibus potius eſſe admouẽdas, ſequutus Ga-
Cap.4. leni præceptum, qui 4. de tuenda valet. malleolos ſcalpello
Com. 17. inciſos tantundem, quantum uenæ ſectionem ualere, ſcribit. & 2. Aphoriſ. [illegible] euacuationem illi quæ per uenæ ſectionẽ fit, proximam eſſe, aſſerit. Quod ſi iam corpus aut uenæ ſectione, aut malleolorũ ſcarificatione, aut purgatione fuerit emundatum, cucurbitulæ in eo caſu maculis potiſsimũ erumpentibus dorſo, mihi non modo utiles, ſed ẽt neceſſariæ uidentur. Quod enim aliqui objiciunt, non eſſe huiuſcemodi maculas in cute apparentes, tempore cruditatis morbi, vlla ratione adiuuandas, mihi nullius momenti eſſe uidetur, tum propter cauſas à me inferius proponendas; tum uerò quod
xxx. uideam Hippocratem & Galenum 2. illo in ſextum Epidemiorum hanc temporum diſtinctionem minime obſeruaſſe; imò uerò Hippocratem latas illas puſtulas Simoni apparentes, ad ignem inunctas, & lotas iuuari, & à calidis fomentis utilitatem ſuiſſe percepturas, ſcripſiſſe. Galen. uerò in eo-

dem

dem Commento hanc excretioné ab;q; vllo discrimine adiuuandã existimasse. Sic.n.scribit: Tm̃ illud nouisse satis sit, succos ad cuté vergentes per eã esse euacuãdos, nam iteiũ ad intima corporis reuulsio ipsis ualde longinqua est, ut per aluũ aut vomitũ euacuẽtur. Si igitur Galen. nulla adhibita tpis distinctione, hũc in cutem humorũ impetũ, semper adiuuandũ esse existimat, & Hipp. idipsum inunctione, calidæ lauatione & calidis fomentis fieri debere cõsulit; nõ video, cur ẽt idipsum & cucurbitulis, & illa Aëtij inunctione, (quam tñ quibusdam nescio quam ob causam audio esse suspectam) fieri non possit. Sed hæc obiter dicta sint. Iam enim ad aliud remedium ex hoc fonte sumptum transeo, cuius gratia vniuersa ferè hæc disputatio instituta est, ad vesicantia scilicet; quæ etiamsi multis, & illis quidem ingeniosis, argumentationibus oppugnentur, nullius tamen eas momenti esse me monstraturum confido si prius eorum necessitatem ostendero. In primis autem non possum satis viros doctissimos mirari, qui in febribus pestiferis non solum scarificatas cucurbitulas, sed & scarificationes miris laudibus extollant; uesicantia uero tanquam nimis dolorifica accusent. Ego enim experientia ipsa iam doctus sum, vesicantia non ob aliam, quã ob chirurgorum imperitiam dolorifica esse; quando scilicet epidermide sublata, nulla habita viceris [illegible], ceratum illud sacrũ importune admouent, ob quod eschara aliqñ ꝓfunda excitata, ac deinde sublata, acerbissimos dolores inuehit: vbi uerò caute admodũ, ne huiuscemodi eschara inducatur, medicus ꝓuiderit, dolores vel nullos, omninò, uel certe exiles admodũ fieri, semper obseruaui. Sed harũ oppositionũ solutiones fusius suo loco explicabo: nunc.n. ob id tm̃ sermonẽ hunc aggressus sum, ut ostenderẽ eandẽmet indicationẽ, quæ scarificationem & cucurbitulas indicat, ipsam uesicãtia quoque indicare debere. Si.n p̃cipuus pestiferarũ curandi scopus ille est, ut uenenata qualitas, quãtũ fieri p̃ot, ad remotas à corde partes, retrahatur, profecto hanc uesicantibus inesse vim, ut à profundis & nobilibus partibus in extimas & ignobiles attrahant, neminem negaturum esse, censerem. Si quis tamen non tam ueritatis amore, quàm objiciendi subtilitate

ductus

ductus hæc minime concedere vellet, cum Galen. & cæteris Medicinæ fontibus horum omnium demonstrationem aggredior. Hanc igitur veritatem, sequentibus hisce conclusionibus à me, Deo auctore, demonstrandis, comprehensam ante omnium oculos facilioris doctrinæ gratia distinctè pronemus. Quarum prima hæc est: Vitiatos humores siue copia tantum, siue putredine, aut venenata qualitate infecti fuerint, dummodo in motu ac quasi turgentes extiterint, imbecilliores semper nostri corporis partes infestare. Hanc cõclusionem tamquam manifestissimam absque vlla Galeni cõfirmatione dimittere possem: si quis tamen ipsam negauerit,

Cap. 13. Galenum adeat 3. de nat. facult. 6. de Tuenda Valet. 11.
Cap. 13.
Cap. 20. Meth. aliisque pluribus in locis; vbi excrementa ab vna in aliam partem, donec omnium imbecilliorem inueniant, trãsmeare, satis longa verborum serie declarat. Secunda conclusio est: Inter nostri corporis partes cutem à natura ad suscipienda corporis excrementa aptissimam omnium, imbecillio

Cap. 5. rem fuisse constitutam; quod etiam docuit Galenus 2. illo de vsu partium, ut cætera loca prætercam. Tertia conclusio est: Cute excrementa ipsa, in corpore redundantia, minime suscipiente, interiores tum & magis præcipuas affici; quod

Cap. 6. docuit Galenus libro de morborum causis. Quarta conclusio est: Interiores corporis partes facilius excrementa suscipere, quò ex aliqua inflammatione, aut obstructione, aut calida intemperie, vel alio consimili morbi genere imbecilliores redditæ fuerint: quod similiter a Galen. & 11. Meth.

Cap 20. & lib. de Cur. ratione per sanguinis missionem, proditum

Cap. 8. est. In febribus autem pestiferis (quæ sit quinta conclusio) venenatam ac turgentem materiam facillime ab illis, si non ob aliam causam, saltem ob insignem febris caliditatem suscipi & detineri posse, propterea apprime eisdem infensam esse, iam ita superius demonstratum esse puto, ut noua non egeat probatione. Ex hoc sequitur conclusio à nemine, ut ego censeo, neganda; Hos humores, & ut uenenatos, & ut turgidos à partibus principibus in cutem oĩum partiũ ignobilissimam esse trahendos. Quã conclusionem exẽplis & rõnibus cõfirmo. Exẽplis quidẽ; ꝑpea quod oĩum scriptorũ testimo-

nio

nio comprobatum est, febres pestiferas, in quibus venenata illa qualitas a natura in partes extimas & infernas detrusa fuit, aut omnes, aut pleraſque salutares fuisse: contra verò eas, quæ sine tali excretione fuerunt, omnes lethales. Multa huius rei a singulis fere, qui de peste scripserunt, cumulatissima habentur exempla: inter cæteros autem Thucydidis testimonium, minime paruifaciendum esse puto, qui eos tantum in sæua illa peste seruatos scribit, quibus in extremas corporis partes, siue manuum, siue pedum, malignitas ipsa decumberet. Sed ne nos, qui Hippoc. & Galenicam doctrinam profitemur, ab ipsis ne latum quidem vnguem recedere uideamur, id ipsum ex Hippoc. & Galeni fontibus eliciamus. Sic enim scribit Hippoc. 3. in 3. Epid. Quorum ergo caput horum quid tentaret, his caput totum glabrescebat, & mentum, ossaque denudabantur, decidebantq; ;multæque extiterunt fluxiones: his adiuncta aliquando, aliquando nõ erat febris: erãt autem hæc formidabiliora, quàm deteriora; quibus enim ad suppurationes hæc species deuenit, plurimi superstites horum erant; at uerò quos inflammatio reliquit & sacer ignis, nec talem abscessum effecit vllum, hi frequenter interierunt. Ex quibus & sequentibus ab Hippocrate enarratis; magis verò ab illis etiam, quæ à Galeno in Commentario proponuntur, clarissime constat, illos tantum periclitatos esse, quibus in profundum secessit humor ignem sacrum efficiens, cum in viscera se, & in principes partes conferens, præter alia symptomata, febres etiam acutas generaret; existente autem in superficie putredine, quancunq; omninò siue inferiorem, siue superiorem partem occupauerit, non solum tales minime periclitatos esse; sed, ut scribit Hippoc. & Galenus à febre etiam immunes fuisse. Lib. etiam de cibis boni & mali succi Galen' idipsum significare uidetur: inquit enim: Quibus nihil horum accidit, interiere omnes, aut cum manifesta uisceris vnius alicuius phlegmone, aut ob uehementem, & malignam febrem. Scripserat autem paulo superius, multis, qui seruati fuerant, in cutẽ siue per sudores siue per erysipelata, ulcera, phlegmones, herpetes, impetigines, psoras, & lepras, eruptiones factas esse. Illud quidem

Cap. 15.

Cap. 1.

dem

tudo existente, fuisse factum, satis Galeni verba declarant. Et in casu Sileni scribit, mirum esse, quomodo hic septima nõ obierit: subiungens autem causam, inquit, hoc factum esse, quia natura in octaua papulas ad cutem transmisit. Si igitur transmissio ad cutem in die non iudicatorio, potuit illius necem differre, nescio quomodo quispiam ambigere possit, hãc in cutim transmissionem, quocunque tempore, & quocunq; modo fiat, posse esse vlla ratione suspectam, quin potius semper apprime vtilem; cum ex ijs constantissime verum sit, hãc transmissionem semper profuisse; retentionem verò, quocunque tempore, summoperè obfuisse: propterea Galen. in casu Critonis inquit, Naturæ institutum fuisse in eo casu, in quo pes intumuit, & nigræ pustulæ apparuerunt, materiam noxiã procul à principibus particulis protrudere: quam vniuersam cum pars illa capere non posset, recedentem eam ad internas partes hominem interfecisse. Potestne alius hoc ipso clarior locus inueniri? Igitur si materia hæc in principes partes decumbens interficit; in extimas, & externas, salutem affert, profectò vnusquisq; quamprimũ cutem omnium partiũ ignobilissimam, à natura, ut hæc suscipiat excrementa, genitam, vrere, secare, vlcerare, calefacere, omni denique ratione imbecillam reddere debet, vt transmutatio à principibus ad vltimas partes facilius succedat. Quod si in quacunque febre, etiam non concocto morbo, cucurbitulis aut scarificatione, frictionibus, balneis, postulante necessitate, fit; si in peste ipsa legitima, apparentibus carbunculis, bubonibus, & alijs id genus excretionibus, ferro, igne, vesicantibus, imò verò caustícis, prætereà etiam internis sudorificis ex theriaca, mithridatica confectione, & alijs id genus calidis paratis, vt venenata qualitas à præcipuis partibus in cutem vigintiquatuor horarum spatio, si fieri potest, feratur, omnes vno ore, nullo cõtradicente, in vsu haberi debere, clamant; quam ob causam in febre pestifera, eodem ipso veneno, eodem periculo, imò forte grauiore plena, hæc non modò non vsurpentur, sed, vt omninò detestabilia, cõtemnantur & infamentur? ego certè causam diuersitatis ignoro. Scio, plerosque dicturos esse, hanc excretionem in cutem, si tempore cruditatis fiat, symptoma-

3. in primũ epid. ægrot. 1.

3. in primũ epid. ægrot 9.

ticam esse, propterea eo ipso tempore minime adiuuandam. Quibus etiam si paulo post multò cumulatius sum satisfacturus, & ex iam adductis ex Hippocrate & Gal. exemplis totũ oppositum inferri possit, liceat tamen hoc etiam loco iterum huiusmodi argumentũ pertractare; quando non modo uesicantium, sed & cucurbitularũ scarificatarũ uel non scarificatarum, frictionum & inunctionũ relaxantium in periculis quocunque tempore apparentibus vsum confirmare uidetur. Igitur in Hippocratis & Gal. doctrina tripliciter uideo excrementa, quæ in corpore continentur, aut excerni, aut transmutari posse. Quandoq; quidem omnino criticè, aliquando omnino symptomaticè, quandoq; verò media quadam ratione, & quia de prima & secunda; quarum altera omnino vincente secũda verò omnino succumbente natura fit, neminẽ ambigere scio, propterea de hac tertia, quam forte plurimi imaginariam existimabunt, nobis verba sunt instituenda. In hoc igitur genere duo excretionum genera contineri existimo; vnum quidẽ humorum turgentium; secundum autẽ venenatorum, humores enim turgentes, si in principio morbi excernantur, criticè omnino non expelli, cum tamen iuuent, neq; etiã legitima symptomata vocari posse, ex ipsiusmet Hippocratis & Gal. doctrina desumo. Quod autem de turgentibus dicam, id ipsum & de venenatis, imò multò magis intelligi volo. Galen. igitur super Aphor. 22. primæ part. Humores ipsos turgẽtes, necdum in aliqua parte firmatos, omnino dum adhuc in motu latiore & fluxu sunt, docet esse euacuandos, & si imperfecta, aut mediocris sit euacuatio quam natura ipsa aggreditur, hanc aliquo manũ porrigente indigere, satis manifeste scribit. Si igitur Gal. hunc motum aliquo manũ porrigente indigere docet, profectò ipsum minimè symptomaticum nemo vnquã iure vocare possit: neque enim motus ipsi symptomatici vlla ratione sunt adiuuandi, propterea eandem ipsam doctrinã nõn semel tantum, sed alijs pluribus etiam in locis, ut libro; Quos & quando purgare oporter, in Epidemijs libris de cõp. med. per loca, & alijs in locis reliquit; liceat tamen istis locũ etiam vnum superaddere, in quo de huiusmodi media excretione, quæ venenatis & turgentibus humoribus competit, Galenum

6. in sextum 9.
8. de cõp. med. p.l.

lenum verba facere, sequentia ipsius verba luce clarius demõstrabunt: nam in com.12. primi Prorethicorum, ubi Hippoc. scribit in Phreniticis in princ. clementer habere, sed crebrò permutari malum id est; inquit Gal. in com. nihil quod phrenitidi peculiare sit, sermo hic habet; nempe & in cæteris affectionibus si permutetur clementia, vires vinci à morbo significatur; adiecit autem in princ. quia nec forsan aliàs fieri põt; nempe in princ. mutationes assiduas videmus, non autem cũ morbi protracti fuerint. Sunt diligenter hæc Galeni verba consideranda; videntur enim vulgatissimo illo dogmati esse contraria, morborum scilicet permutationes fieri, nõ in prin. sed in statu tempore coctionis, cuius oppositũ hoc loci scribit Gal. cum dicat, assiduas in princ. videri permutationes, nõ autem cum morbi protracti fuerint. Quæ igitur est huius contrarietatis ratio? Nulla alia sanè, quam ista, quod scilicet morbi ex turgidis & uenenatis humoribus prodeuntes non in statu, sed in princ. suas habeant permutationes, vt si cõtingat, illam materiam turgidam & venenatam, quæ in motu est, permutari ab ignobiliori parte in nobiliorem, mutetur etiam morbi clementia, ex benigno fiat malignus; cõtra verò si permutatio fiat ad ignobiliorẽ, ex maligno fiat benignus. Quod si in Galeni doctrina verum esse ex proprijs ipsius verbis demonstrabo, ego nescio, quid clarius hac in re adduci possit, vt confirmemus, in febribus pestiferis non esse expectandas transmutationes in statu, sed in princip. & si illæ fuerint, in cutim, quæ est omnium partium ignobilissima, quantum sit ipsius transmutationis ratione, necessario morbum benigniorẽ fieri, ex quo sequitur talem excretionem etiam in princ. morbi potius esse adiuuandam, quàm prohibendam. Audiamus igitur Galenum. Continguntq; (inquit) hæc ex rõne in his affectionibus quæ ex copia, uel qualitate fiunt prauorum humorum in aliam aliàs partem, interdum quidem in principem, interdum verò in non principem transmigrantium. His verbis duo hæc præcipua, quæ dixi, continentur. Primum quidem transmutationes, quæ in princ. fiunt, esse rationabiles, non in omnibus, sed tantum in acutis & perniciosis quibusdam morbis, qualis est phrenitis. Secundum est, hos turgidos

humores, qui huc atque illuc vagantur, non solum copia peccare, sed etiam praua & venenata qualitate. Cum igitur & rationabiles esse in his morbis transmutationes, quâuis in principijs fiant, & easdem non modò copiam, sed & venenatam insequi qualitatem, ex iam propositis Galen. verbis vnicuiq; constet, constat ēt ex sequentibus, huiusmodi transfluxiones, etsi in principio fiant, dūmodo in partes ignobiliores fuerint, semper esse adiuuandas: sic enim scribit Gal. Quæ igitur in partes principes trāsfluxiones fiunt, clementiā corrumpunt: q̄ verò in nō principes, quo maxime tpe medicis ad infestantium vel copia, vel qualitate humorū vacuationes pcedendū sit, ostēdunt. Quod sanè morborum oīum, ut dixi, cōe existit. Quid sibi vult Gal. per hæc vltima verba? nil aliud profectò,

Apho.21. ut ego censeo, quā quod scripsit Hippoc. j. Aph. Quò natura vergit, eò ducere oportet per conuenientes regiones. Quasi dicat Galen. si transfluxiones humorum in principes partes clementiam corrumpunt, in non principes, clementiam inducunt, igitur transfluxio in non principem partem erit regio conueniens, quæ ostendet nobis, per hanc ipsam partem euacuationem esse faciendam. Multò autem magis in venenatæ qualitatis suspicione id præstandum est. Quod quidem etiamsi ex iam declaratis manifestissimum esse putem, ad maiorem tamen rei elucidationem, sequentibus etiam argumentis confirmare volo. Argumentor autem à minori ad maius. Si in morsu canis rabidi, aut alterius venenati animalis ictu, cutem & scarificare, & vrere, ne interius venenū præcipitetur, oportet; ergo multò magis id præstandum est, quando venenata qualitas ita cordi, ac cæteris principibus partibus sit propinqua, vt illas ferè debellare possit. Debere autem cutem ipsam, & vri, & scarificari, ne venenū intro labatur, docuit Gal. lib. de Typis: quod accepit à Damocrate 2. de

cap. 4. Antidotis, qui in hunc modum scribit:

Omnibus carnem vulneratam protinus
Scalpello circuncide, vel igne amputa.
Ventosam post hęc, ni locus vetet, infer &
Acutisque, & vrentibus medicinis
Vulnus seruabis latum multo tempore.

Hunc

Hunc locum cuperem illos uidisse, qui putãt, antiquiores medicos mirum in modũ fuisse accusandos, si qñ uesicantia pestilentibus febribus utilia fore existimassent, de illis tñ nunquã mentionẽ fecissent. ego.n. per acutas & urentes medicinas nil aliud, quã uesicantes, intelligo: quas si uolunt, ne exterius venenũ profundas partes petat, tam longo ꝑis spatio super cutem detineri, cur id ipsum in febribus pestiferis faciendũ non sit, ego minimè uideo. Quod si quispiã dicat, aliam esse curandi veneni extrinsecus illati, aliam verò in corpore geniti, rõnẽ; sanè talẽ mihi locũ apud Gal. ostendi vellẽ. Ego.n. oppositã potius ex ipso colligo sñiam; qui 5 Simpl. sic scribit: Oẽ deleterium venenũ à foris impositis medicamentis euacuatur, nẽpe aut caliditate attractionẽ molientibus, aut totius substantiæ similitudine. Hoc igitur in loco non morsus venenatorũ neq; lethaliũ tm̃ potionũ meminit Gal. sed vniuersali ꝓpositione oẽ venenũ à foris appositis euacuari scribit: q̃ foris imposita, non alia sanè esse, quã vesicantia, ex eo facile colligere possumus, qđ dicit id & caliditate & substãtiæ similitudine efficere. vesicantiũ aũt materiæ & calidæ sũt, & q̃a ẽt venenatæ, ꝑpea à tota substantia venenis similes sunt. Quod si quispiã adhuc ꝑtinaciter resistat, illã Gal. auctoritatẽ de lethalib. tm̃ potionibus, nõ aũt de ueneno ex prauis succis genito, intelligẽdã eẽ; hoc ẽt concesso, id falte intelligere vellẽ. quamobrẽ in assumpto veneno liceat cutẽ vesicare, aut vlcerare; in eo aũt, qui ex corruptis succis gñatur, nequaquã. ego quidẽ certè maiorẽ in hoc cutẽ exulcerandi necessitatẽ esse existimo, quã in priore; sanis n. existentibus humani corporis humorib. assumptũ venenũ à natura qñq; superari põt; ubi uerò ex humorum corruptione genitum fuerit, naturã sanè in eo casu magis succumbere, maiore deniq; auxilio egere oportet: & ideò cutẽ, tanquã partem ignobilissimã, in hm̃oi casibus vlcerandã, & vesicandã esse rõ euincit, vt venenata illa qualitas ab intimis ad extimas partes detrudatur. Hanc.n. transmissionẽ à partibus profundis ad cutẽ, in quocunq; morbo, ne dum in hoc tã pernicioso semper fuisse vtilẽ, testatur Gal. & ante illũ Hipp. 6. Aph. particula, sic.n. scribit Hipp. Erysipelas ab interiorib. ad exteriora bonũ. inquit Gal. in com. nõ solũ erysipelas, sed & aliud quodcunque,

Cap.18.

Aph.18.

cunq;,q̃d ex ꝓfundis,& aliis principaliorib. partib. trãsfertur ad cutẽ,bonũ eẽ, signũ ac cãm debem⁹ existimare cõtra uerò, si ad interiora transmutetur, malum. & paulo post, dicente
Aph. 37. Hippoc. Ab angina habito, si tumor fiat in collo, bonum: inquit Gal. Sermo verus est, & causa in promptu; si quidem ex infirmioribus & principalioribus partibus passiones confert ad cutem transferri, id ipsum docet & com. 20. 3. Aphor. particulæ & quarto de acutis. 30. Sed uideo, me doctissimorum virorum aures tot locis congerendis obtundere, qui tamẽ fortasse propter eos, qui iam oppugnandi prouinciam susceperunt, satis esse non possunt: ego tamen cum illis, qui contentiose tantum agere uelle videntur, minime sermonem meum cõmunem esse volo: illis autem qui vnicam sibi proponunt veritatem, quales nostros Patauinos professores esse scio, hæc pauca sufficere existimo. Ad vltimam igitur conclusionẽ sensu tantum ipso confirmatam, propterea ab omnibus concessam, descendens, huic meo de uesicantibus sermoni finem imponam, si obiectiones quæ contra hæc medicamenta proponuntur prius diluere tentauero. Est igitur vltima conclusio ex omnibus iam præmissis illata: vesicantia, ex quacũque materia conficiantur, febribus pestiferis conuenire. Manifesta ex prædictis est hæc conclusio, Quia si cutem in febribus pestiferis omnino imbecilliorem reddi debere fatemur, vesicantia & caliditate & dolore & siccitate & vacuo, adde etiam substantiæ similitudine, (quam vnicam Iouberius Delphinas secundo Paradoxorum, attractionis existimauit esse causam) venenatam posse qualitatem in cutem attrahere, nemo ibit inficias. Venio igitur ad argumenta quæ contra hæc afferuntur; post quorum solutionem modus etiam administrandi statim nobis patere poterit. Quæ verò obijciuntur, etsi multa sint, ad hæc tamen potissimum rediguntur. Vesicantia, ut calida, & actia, uenis & arterijs admota, venosum & arteriosum genus multò calidius reddere, propterea febrem augere; quatenus venenata, non magis ad se uenenum trahere posse, quam ipsa ab interiore veneno attrahi. præterea hac ratione doloris, ad quem vigiliæ plerunque insequuntur, vires mirum in modum deijcere; coctionem præterea perturbare, &, quod dete-

rius

Paradox. 8

ſius eſt, naturam à proprijs motibus diuertere; ueſicam quinetiam exulcerare, & ideo aliquando vrinæ difficultatem inducere. Quæ omnia, & alia forte plura, etiamſi primo aſpectu alicuius momenti eſſe videantur; ſi tamen diligentius conſiderentur, profectò nullum in ſe continent robur. Quod enim dicunt, veſicantia ob caliditatem cor etiam per venas & arterias calidius reddere, id Galeni doctrinæ repugnat; qui acria id genus medicamenta, quæ nos veſicantia appellamus nunquam remotas, ſed tantum illasmet, quibus infiguntur, partes, calefacere ſcripſit. In catharro enim ſalſo, nonne Gal. cuti ipſius capitis acria id genus medicamenta admouet? Sed ſi altius horum medicamentorum vires aſcenderent, non modo in ſalſa deſtillatione cuti capitis admota non proficerent, ſed etiam citiſſimam necem afferrent; aucta enim cerebri caliditate, & ſiccitate, ſalſedinem quoque augeri oportet: propterea Gal. 2. de differ. febrium, modum operandi horum medicamentorum deſcribens inquit, partem, cui adhibentur, non autem remotas, & calefieri, & in tumorem attolli: quo exemplo declarabat Galen. cauſas, & modos generationis circuituum in febribus. Verùm dicunt iſti, arterijs & venis admoueri, proptereaq; ſi uſq; ad cor eorum facultas peruenire debet, oportere etiam caliditatem peruenire. Sed animaduertant, velim, falſiſſimum eſſe in Galeni doctrina hoc fundamentum, exteriora hæc medicamenta, quæ venenum in corpore contentum ſuperare debent, ad illam internam partem neceſſariò confugere: hoc inquam falſiſſimũ eſt; illud enim in cutem attrahunt, & ſi totum attrahere nõ pñt, illam ſaltẽ partẽ exulcerare, ex calore ex dolore imbecillã redditam, accedente ſitu decliui ad hanc impuritatem ſuſcipiendam promptam, & paratam efficiunt. Et ideo Galen. in illo 5. ſimpl. non inquit, internum venenum à foris impoſitis iuuari, quod illa per uenas & arterias ad interius venenum ſe conferant, ſed quod illud vel caliditate, vel ſubſtantię ſimilitudine, ad ſeſe trahant: propterea Galen. etiam 7. ſimpl. cap. de calaminta hæc uerba ſcibit. Porrò talis cum ſit ad uenenatarum beſtiarum morſus aſſumitur, velut etiam cauteria, & q̃cunque medicamẽta calida ſunt, & acria, tenuiumq; partium, quæque

5. Methodi 13.

Cap. [illegible]

Cap. 1[illegible]

dem non negarim, aliquando etiam hæc symptomaticè tantum excerni; propterea parum, aut nihil ipsos ægrotos subleuari: ad quod respiciens Galenus loco iam citato dicebat. Alijs uerò quibusdam carbunculi, & phagedænæ specie cum apparuissent cum febre, plurimos interfecere, paucissimis ægre post multum temporis seruatis. ex quo loco illud quidē colligimus, sub prauis & malignis istis excretionibus, plurimos etiam interiisse: id tamen non ob eorum, quæ excernebantur, sed magis ob eorum, quæ adhuc retinebantur, prauā qualitatem contigisse, ratio ipsa suadet: propterea in istis febrem fuisse adnexam, scribit Galenus: quam minime aut in benignioribus, aut in sufficienti corruptorum excretione cōtigisse, ex iam propositis authoritatibus conspicuum esse puto. Ex quibus, ni fallor, proposita conclusio iam proprium robur obtinere uidetur, cutaneos affectus omnem ferè perniciosi morbi uim sustulisse: Nihilominus si quispiā his mi-
cap. 22. nime contentus fuerit, uideat etiam Galen. 5. Meth. vbi in hunc modum scribit: Atque cum ita iam uacuati essent, qui euasuri erant, ijs pustulæ, quas exanthemata uocant, nigræ toto corpore confertim multæ apparuerunt, ulcerosæ quidē plurimis, omnibus certè siccæ; & quæ sequuntur. Per quæ uerba, & aliis iam adnotatis, vnicuique compertum esse existimo, in omnibus pestiferis constitu[illegible] corum, qui[illegible] ulcera a maligna qualitate fuere obsessa, sanatum esse; affectis autem partibus cutaneis, plurimos imò ferè omnes liberatos. Quod si quidam, morbo in cutē transeunte, obierunt, non ob cutaneos, sed magis ob profundos & interiores morbos interiisse, imò verò ex hac ipsa, q̄cunque tandem ipsa fuerit, transmutatione, diutius vitā protraxisse, in Galeni doctrina, pro constanti admodum habeo. Duo uel tria eligam ex Epidemijs huius rei exempla, ut vnusquisque intelligat, transmutationes in cutem potuisse quidē prauatum affectionum fuisse signa, mortis uerò nunquā, salutis vt plurimum.
3. In primo epid. ægroto 3. In casu igitur Herophontis scribit Gal. tanti momenti fuisse, humores noxios ad imas partes abscessisse, ut quasi primam occasionem salutis illius eum abscessum fuisse censuerit. Illum tamen abscessum, morbo adhuc

crudo

crudo existente, fuisse factum, satis Galeni verba declarant. Et in casu Sileni scribit, mirum esse, quomodo hic septima nō obierit: subiungens autem causam, inquit, hoc factum esse, quia natura in octaua papulas ad cutem transmisit. Si igitur transmissio ad cutem in die non iudicatorio, potuit illius necem differre, nescio quo modo quispiam ambigere possit, hanc in cutim transmissionem, quocunque tempore, & quocunq; modo fiat, posse esse vlla ratione suspectam, quin potius semper apprime vtilem; cum ex ijs constantissime verum sit, hanc transmissionem semper profuisse; retentionem verò, quocunque tempore, summoperè obfuisse: propterea Galen. in casu Critonis inquit, Naturæ institutum fuisse in eo casu, in quo pes intumuit, & nigræ pustulæ apparuerunt, materiam noxiā procul à principibus particulis protrudere: quam vniuersam cum pars illa capere non posset, recedentem eam ad internas partes hominem interfecisse. Potestne alius hoc ipso clarior locus inueniri? Igitur si materia hæc in principes partes decumbens interficit; in extimas, & externas, salutem affert, profectò vnusquisq; quamprimū cutem omnium partiū ignobilissimam, à natura, ut hæc suscipiat excrementa, genitam, vrere, secare, vlcerare, calefacere, omni denique ratione imbecillam reddere debet, vt transmutatio à principibus ad vltimas partes facilius succedat. Quod si in quacunque febre, etiam non concocto morbo, cucurbitulis aut scarificatione, frictionibus, balneis, postulante necessitate, fit; si in peste ipsa legitima, apparentibus carbunculis, bubonibus, & alijs id genus excretionibus, ferro, igne, vesicantibus, imò verò causticis, præterea etiam internis sudorificis ex theriaca, mithridatica confectione, & alijs id genus calidis paratis, vt venenata qualitas à præcipuis partibus in cutem vigintiquatuor horarum spatio, si fieri potest, feratur, omnes vno ore, nullo cōtradicente, in vsu haberi debere, clamant; quam ob causam in febre pestifera, eodem ipso veneno, eodem periculo, imò forte grauiore plena, hæc non modò non vsurpentur, sed, vt omninò detestabilia, cōtemnantur & infamentur? ego certè causam diuersitatis ignoro. Scio, plerosque dicturos esse, hanc excretionem in cutem, si tempore cruditatis fiat, symptoma-

3. in primo epid. ægrot. 1.

3. in primo epid. ægrot 9.

ticam esse, propterea eo ipso tempore minime adiuuandam. Quibus etiam si paulo post multò cumulatius sum satisfacturus, & ex iam adductis ex Hippocrate & Gal. exemplis totũ oppositum inferri possit, liceat tamen hoc etiam loco iterum huiusmodi argumentũ pertractare; quando non modo uesicantium, sed & cucurbitularũ scarificatarũ uel non scarificatatum, frictionum & inunctionũ relaxantium in periculis quocunque tempore apparentibus vsum confirmare uidetur. Igitur in Hippocratis & Gal. doctrina tripliciter uideo excrementa, quæ in corpore continentur, aut excerni, aut transmutari posse. Quandoq; quidem omnino criticè, aliquando omnino symptomaticè, quandoq; verò media quadam ratione, & quia de prima & secunda; quarum altera omnino vincente secũda verò omnino succumbente natura fit, neminẽ ambigere scio, propterea de hac tertia, quam forte plurimi imaginariam existimabunt, nobis verba sunt instituenda. In hoc igitur genere duo excretionum genera contineri existimo; vnum quidẽ humorum turgentium; secundum autẽ venenatorum, humores enim turgentes, si in principio morbi excernantur, criticè omnino non expelli, cum tamen iuuent, neq; etiã legitima symptomata vocari posse, ex ipsiusmet Hippocratis & Gal. doctrina desumo. Quod autem de turgentibus dicam, id ipsum & de venenatis, imò multò magis intelligi volo. Galen. igitur super Aphor. 22. primæ part. Humores ipsos turgẽtes, necdum in aliqua parte firmatos, omnino dum adhuc in motu latiore & fluxu sunt, docet esse euacuandos, & si imperfecta, aut mediocris sit euacuatio quam natura ipsa aggreditur, hanc aliquo manũ porrigente indigere, satis manifeste scribit. Si igitur Gal. hunc motum aliquo manũ porrigente indigere docet, profectò ipsum minimè symptomaticum nemo vnquã iure vocare possit: neque enim motus ipsi symptomatici vlla ratione sunt adiuuandi, propterea eandem ipsam doctrinã non semel tantum, sed alijs pluribus etiam in locis, ut libro; Quos & quando purgare oportet, in Epidemijs libris de cõp. med. per loca, & alijs in locis reliquit; liceat tamen istis locũ etiam vnum superaddere, in quo de huiusmodi media excretione, quæ venenatis & turgentibus humoribus competit, Galenum

Margin (handwritten): excrementa triplex excerni

Margin: 6. in sextum 9. 8. de cõp. med. p.l.

lenum verba facere, sequentia ipsius verba luce clarius demõstrabunt: nam in com. 12. primi Prorrhicorum, ubi Hippoc. scribit in Phreniticis in princ. clementer habere, sed crebro permutari malum id est; inquit Gal. in com. nihil quod phrenitidi peculiare sit, sermo hic habet; nempe & in cæteris affectionibus si permutetur clementia, vires vinci à morbo significatur; adiecit autem in princ. quia nec forsan aliàs fieri põt; nempe in princ. mutationes assiduas videmus, non autem cũ morbi protracti fuerint. Sunt diligenter hæc Galeni verba consideranda; videntur enim vulgatissimo illo dogmati esse contraria, morborum scilicet permutationes fieri, nõ in prin. sed in statu tempore coctionis, cuius oppositũ hoc loci scribit Gal. cum dicat, assiduas in princ. videri permutationes, nõ autem cum morbi protracti fuerint. Quæ igitur est huius contrarietatis ratio? Nulla alia sanè, quam ista, quod scilicet morbi ex turgidis & uenenatis humoribus prodeuntes non in statu, sed in princ. suas habeant permutationes, vt si cõtingat, illam materiam turgidam & venenatam, quæ in motu est, permutari ab ignobiliori parte in nobiliorem, mutetur etiam morbi clementia, ex benigno fiat malignus; cõtra verò si permutatio fiat ad ignobiliorẽ, ex maligno fiat benignus. Quod si in Galeni doctrina verum esse ex proprijs ipsius verbis demonstrabo, ego nescio, quid clarius hac in re adduci possit, vt confirmemus, in febribus pestiferis non esse expectandas transmutationes in statu, sed in princip. & si illæ fuerint, in cutim, quæ est omnium partium ignobilissima, quantum sit ipsius transmutationis ratione, necessario morbum benigniorẽ fieri, ex quo sequitur talem excretionem etiam in princ. morbi potius esse adiuuandam, quàm prohibendam. Audiamus igitur Galenum. Continguntq; (inquit) hæc ex rõne in his affectionibus quæ ex copia, uel qualitate fiunt prauorum humorum in aliam aliàs partem, interdum quidem in principem, interdum verò in non principem transmigrantium. His verbis duo hæc præcipua, quæ dixi, continentur. Primum quidem transmutationes, quæ in princ. fiunt, esse rationabiles, non in omnibus, sed tantum in acutis & perniciosis quibusdam morbis, qualis est phrenitis. Secundum est, hos turgidos

humores, qui huc atque illuc vagantur, non solum copia peccare, sed etiam praua & venenata qualitate. Cum igitur & rationabiles esse in his morbis transmutationes, quauis in principijs fiant, & easdem non modò copiam, sed & venenatam insequi qualitatem, ex iam propositis Galen. verbis vnicuiq; constet, constat &t ex sequentibus, huiusmodi transfluxiones, etsi in principio fiant, dūmodo in partes ignobiliores fuerint, „ semper esse adiuuandas: sic enim scribit Gal. Quæ igitur in „ partes principes trāsfluxiones fiunt, clementiā corrumpunt: „ q̄ verò in nō principes, quo maxime tpe medicis ad infestan„ tium vel copia, vel qualitate humorū vacuationes ꝑcedendū „ sit, ostēdunt. Quod sanè morborum oīum, ut dixi, cōe existit. Quid sibi vult Gal. per hæc vltima verba? nil aliud profectò, aph. 21. ut ego censeo, quā quod scripsit Hippoc. j. Aph. Quò natura „ vergit, eò ducere oportet per conuenientes regiones. Quasi „ dicat Galen. si transfluxiones humorum in principes partes clementiam corrumpunt, in non principes, clementiam inducunt, igitur transfluxio in non principem partem erit regio conueniens, quæ ostendet nobis, per hanc ipsam partem euacuationem esse faciendam. Multò autem magis in venenatæ qualitatis suspicione id præstandum est. Quod quidem etiamsi ex iam declaratis manifestissimum esse poterat, ad maiorem tamen rei dilucidationem, sequentibus etiam argumentis confirmare volo. Argumentor autem à minori ad maius. Si in morsu canis rabidi, aut alterius venenati animalis ictu, cutem & scarificare, & vrere, ne interius venenū præcipitetur, oportet; ergo multò magis id præstandum est, quando venenata qualitas ita cordi, ac cæteris principibus partibus sit propinqua, vt illas ferè debellare possit. Debere autem cutem ipsam, & vri, & scarificari, ne venenū intro labatur, docuit Gal. lib. de Typis: quod accepit à Damocrate 2. de cap. 4. Antidotis, qui in hunc modum scribit:

Omnibus carnem vulneratam protinus
Scalpello circuncide, vel igne amputa.
Ventosam post hæc, ni locus vetet, infer
Acutisque, & vrentibus medicinis
Vulnus seruabis latum multo tempore.

Hunc

Hunc locum cuperem illos uidisse, qui putāt, antiquiores medicos mirum in modū fuisse accusandos, si qñ uesicantia pestilentibus febribus utilia fore existimassent, de illis tñ nunquā mentionē fecissent. ego.n. per acutas & urentes medicinas nil aliud, quā uesicantes, intelligo: quas si uolunt, ne exterius venenū profundas partes petat, tam longo tpis spatio super cutem detineri, cur id ipsum in febribus pestiferis faciendū non sit, ego minimè uideo. Quod si quispiā dicat, aliam esse curandi veneni extrinsecus illati, aliam verò in corpore geniti, rōnē; sanè talē mihi locū apud Gal. ostendi vellē. Ego.n. oppositā potius ex ipso colligo sniam; qui 5 Simpl. sic scribit: Oē deleterium venenū à foris impositis medicamentis euacuatur, nēpe aut caliditate attractionē molientibus, aut totius substantiæ similitudine. Hoc igitur in loco non morsus venenatorū neq; lethaliū tm̄ potionū meminit Gal. sed vniuersali ꝓpositione oē venenū à foris appositis euacuati scribit: q̄ foris imposita, non alia sanè esse, quā vesicantia, ex eo facile colligere possumus, qd dicit id & caliditate & substātię similitudine efficere. vesicantiū aūt materiæ & calidæ sunt, & q̄a ēt venenatæ, ppea à tota substantia venenis similes sunt. Quod si quispiā adhuc ptinaciter resistat, illā Gal. auctoritatē de lethalib. tm̄ potionibus, nō aūt de ueneno ex prauis succis genito, intelligēdā eē; hoc ēt concesso, id salte intelligere vellē. quamobrē in assumpto veneno liceat cutē vesicare, aut vlcerare; in eo aūt, qui ex corruptis succis gñatur, nequaquā. ego quidē certè maiorē in hoc cutē exulcerandi necessitatē esse existimo, quā in priore; sanis n. existentibus humani corporis humorib. assumptū venenū à natura qñq; superari pōt; ubi uerò ex humorum corruptione genitum fuerit, naturā sanè in eo casu magis succumbere, maiore deniq; auxilio egere oportet: & ideò cutē, tanquā partem ignobilissimā, in hm̄ōi casibus vlcerandā, & vesicandā esse rō euincit, vt venenata illa qualitas ab intimis ad extimas partes detrudatur. Hanc.n. transmissionē à partibus profundis ad cutē, in quocunq; morbo, ne dum in hoc tā pernicioso semper fuisse vtilē, testatur Gal. & ante illū Hipp. 6. Aph. particula, sic.n. scribit Hipp. Erysipelas ab interiorib. ad exteriora bonū. inquit Gal. in com. nō solū erysipelas, sed & aliud quod-

Cap. 18.

Aph. 14.

cunque,

ctus est, naturam à proprijs motibus diuertere; uesicam quinetiam exulcerare, & ideo aliquando vrinæ difficultatem inducere. Quæ omnia, & alia forte plura, etiamsi primo aspectu alicuius momenti esse videantur; si tamen diligentius considerentur, profectò nullum in se continent robur. Quod enim dicunt, vesicantia ob caliditatem cor etiam per venas & arterias calidius reddere, id Galeni doctrinæ repugnat; qui acria id genus medicamenta, quæ nos vesicantia appellamus nunquam remotas, sed tantum illasmet, quibus infiguntur, partes, calefacere scripsit. In catharro enim salso, nonne Gal. cuti ipsius capitis acria id genus medicamenta admouet? Sed si altius horum medicamentorum vires ascenderent, non modo in salsa destillatione cuti capitis admota non proficerent, sed etiam citissimam necem afferrent; aucta enim cerebri caliditate, & siccitate, salsedinem quoque augeri oportet: propterea Gal. 2. de differ. febrium, modum operandi horum medicamentorum describens inquit, partem, cui adhibentur, non autem remotas, & calefieri, & in tumorem attolli: quo exemplo declarabat Galen. causas, & modos generationis circuituum in febribus. Verùm dicunt isti, arterijs & venis admoueri, propthereaq; si usq; ad cor eorum facultas peruenire debet, oportere etiam caliditatem peruenire. Sed animaduertant, velim, falsissimum esse in Galeni doctrina hoc fundamentum, exteriora hæc medicamenta, quæ venenum in corpore contentum superare debent, ad illam internam partem necessariò confugere: hoc inqnam falsissimū est; illud enim in cutem attrahunt, & si totum attrahere nō p̄nt, illam saltē partē exulcerare, ex calore ex dolore imbecillā redditam, accedente situ decliui ad hanc impuritatem suscipiendam promptam, & paratam efficiunt. Et ideo Galen. in illo 5. simpl. non inquit, internum venenum à foris impositis iuuari, quod illa per uenas & arterias ad interius venenum se conferant, sed quod illud vel caliditate, vel substantię similitudine, ad sese trahant: propterea Galen. etiam 7. simpl. cap. de calaminta hæc uerba scibit. Porrò talis cum sit ad uenenatarum bestiarum morsus assumitur, velut etiam cauteria, & q̄cunque medicamēta calida sunt, & acria, tenuiumq; partium,

5. Metho. di 13.

Cap. ult.

Cap. 16.

quæque

quæque facile ex alto ad ſeſe circumiacentem omnem humiditatem poſſunt attrahere. Ex quo ſimiliter loco, ut alia multa prætercam, ſatis conſtat, hæc non attrahi; ſed attrahere. attractionis autem clarum eſt argumentum, quòd non ſolum ruborem, ſed & tumorem, & tandem ueſicam, atque vlcus inducant: propterea Gal. in illo cap. 17. 5. Simpl. inquit, quòd ex duobus uenenis illud, quod calidius fuerit, potentius attrahit. ueſicantium uerò uenenum calidius eſſe, præter rationes iam dictas ex eo etiam colligi poteſt, quòd ut plurimum hæc in uenenis frigidis adminiſtrantur. Qua reſponſione nō ſolum primæ, ſed & ſecundæ rationi me ſatisfeciſſe puto. Si enim ueſicans attrahit, & non attrahitur; ergo neque caliditate, neque à tota ſubſtantia humano corpori erit infenſum. Ad tertiam autem rationem: Veſicantia ſcilicet ob dolorem & uigilias eſſe ſuſpecta, reſpondeo, hanc etiam ſuperius eſſe ſolutam, cum dixi, magnos dolores non ex ueſicantis natura, ſed magis ex medentium inertia ſubſequi ſolere. Accedit, qđ veſicantia eo tm̄ tempore adminiſtrantur, cum uenenata hæc qualitas aut cor, aut cerebrum, uel primariò, uel ſecundariò afficere conatur. Quo in caſu, cum neceſſariò & inſignis perturbatio, & uigiliæ ipſæ inſequantur, experientia ipſa doctus ſum, quod & alios plurimos obſeruaſſe ſcio, ueſicantia potius ſomnum conciliaſſe, quàm illum abſtuliſſe. venenato enim illo uapore à partibus principibus ad ignobiliores diſtracto, non minus ſomnus ipſe cōciliari poteſt, quàm calidis balneis, aut ligaturis, aut alijs id genus diuerſionibus, infernis locis admotis. Quæ ſi proficiunt, cur ſanè & ueſicantia, eadem reuulſionis vi donata, id ipſum præſtare non poſſint, ego non uideo. Quod dicunt, coctionem humorum à ueſicantibus perturbari, id nullā mihi uidetur habere uim, aut rōnem. Coctionem quiete perfici, ego in dubium reuocandum non eſſe, iudico. Sed quænam ſit hæc quies, aut quiſnam ſit hic ueſicantium motus, ego adhuc non intelligo. In crudis enim humoribus coctionem expectandam eſſe auctor eſt Gal. in omnino putridis nullam, in uenenatis & turgidis (ſi ſic loqui licet) multò minus. Si igitur in febre peſtifera, & uenenati ſunt humores, & excellentiſſima quadam putredine, quæ concoqui

non

non poteſt, donari, quam quæſo in his coctionem expectare debemus? Hos ſtatim ſi virtus permitteret, extirpare, & eradicare oporteret: ſi enim turgente materia, quæ ſolo ipſo motu, non autem venenata qualitate peccet, ſtatim Hippoc. autore, ad validiſſima purgantia deuenire licet: quid quæſo in febre hac peſtifera, quæ quaſi immanis belua, non ſolum omnes præcipuas noſtri corporis partes, ſed integras vrbes & regiones depaſcitur, nobis faciendum eſſe exiſtimabimus? An forte quieſcendum, permittendumque lethiferam hanc luem ſolidas cordis partes omnino obſidere? quo in caſu nullam amplius reperiri medicinam, quæ talem ſuperet putredinem, docuit Galen. an potius audacter & omni ſtudio ſatagendum eſt, vt quamprimum prauum hoc virus in cutem erumpat? futurum ſanè, vt præcipuæ ipſæ corporis partes ſubleuentur. Ita ſanè mihi in his caſibus agendum eſſe duco. Si. n. eum, quem canis rabidus aut alia fera momorderit, vel lethale medicamētum aſſumpſerit, minimè quieti, & coctioni dabimus, ſed ſtatim & theriaca, & alexipharmaca, & ſcarificationes, ac vſtiones admouemus, id ipſum in his febribus eſſe præſtandum, ego certè mihi perſuadeo, & cæteris, vt ita faciant, conſulo. Neque tamen hac ratione naturam à proprijs motibus diuerti exiſtimo: nam præterquam quod in his malis, vt paulo ante oſtēdimus, vel natura ipſa ſemper expurgationem per cutim tentare ſolet, vel ſi non tentat, id magis perniciosum eſt, profectò veſicantia, ſi natura hanc partem tentauerit, eandem ipſa adiuuant; ſi non tentauerit, ipſam ſaltem ad hanc partem, quæ eſt omnium conuenientiſſima, ſollicitare poſſunt. Accedit, quòd ea, quæ naturam à proprijs motibus diuertere ſolent, oportet magnam ſatis euacuationē efficere; hęc autem ferè inter inſenſibiles eſt connumeranda. Addo quod ſicuti purgatio, & venæ ſectio in principio harum febrium adminiſtrata, non modò non impedit, ſed etiam naturam ad excernendas in cutem humorum reliquias adiuuat, ſicuti 5. Meth. & ſuper Aphor. 29. 2. particulæ ſcriptum eſt; ita & veſicantia opportunè adhibita, dum naturā à venenata illa qualitate ex parte ſubleuant, promptiorem ad perfectam criſim obeundam reddunt. Denique, quod dicunt à veſicantibus

[Margin: 3 de præſag. ex pul ſib. 3.]

[Margin: Cap. 12.]

urinæ difficultates induci, ac uesicam exulcerari; fatemur illud quidem in nonnullis verum esse, in pluribus autem, minime. Cui symptomati præterquam quod facillimo negotio succurri potest, sola seminum melonum emulsione, aut maluarum, & sebesten decoctione, aut sero caprino; accedit etiã, quòd cum vniuersum hoc incómodum ex cantharidibus proficiscatur; poterit, si quis illud vereatur, relictis cantharidibus ex solo succo flammulæ, aut ranunculi, cum sinapi & euphorbio, aut alia consimili materia, uesicans accommodatum sibi parare. Quanquam etiam cum non paruifaciendam esse credã eam quæ ob cantharidum facultatem fit urinæ aliquãdo copiosam excretioné, pariter Petri Salij cósilium minimè reijciendũ esse iudicé, qui Lib. suo de feb. pest. cap. 24. dum summopere uesicantia laudat, ad euitandum hoc excoriationis incommodum, semina aineos cum cantharidib. admisceri iubet. Ex quibus, iam omnium, quæ contra uesicantia adduci poterãt, rationum solutionem patere arbitror; nisi forte quispiam his minimè contentus, rursum illud ipsum obijciat, de quo paulo ante etiam memini, ueteres medicos negligentiæ crimine fuisse damnandos, si tam necessarium, & in febribus pestiferis præsentaneum remedium, monumentis litterarum non tradidissent. Huic etsi satis responsum esse putarem, si dicerem, Hippoc. & Galenum celebratissimos quidem in arte Medica viros extitisse, plurima inuenisse, plura etiam forte perfecisse; homines tamen extitisse, neque omnia in hac potissimum medicamentorum sylua pertingere potuisse; hoc tamen, ut plenè istis satisfaciam, satis esse nolo, cum antiquorũ illorum heroum sim obseruatissimus, & hac quidem in re tribus præcipuis modis eorum partes tueri possim. Quorum primus est. Quod si Hipp. & Galenus vniuersali sermone, cuncta quæ ad reuulsionem, & deriuationem pertinent, complexi sunt, profectò neque uesicantia, in quibus mira quadam reuellendi, deriuandi, imò uerò & euacuandi uis insidet, non uidentur preterijsse. non enim alias ob causas, neque alio modo vesicantia sunt administranda, quam scarificatio, cucurbitulæ, vstio, frictio, ligatura, calidum balneum, aut quidpiam simile. Addo deinceps, eosdem medicinæ scriptores, si in febribus

pesti-

pestiferis (quarum curationē apud Galenum, forte quod eius scripta ad manus nostras non peruenerint, valdè imperfectè delineatam esse, minime negandum est) si inquam in istis curandis, nullam omninò de uesicantibus fecerunt mentionem, saltem de ipsorum uiribus alibi non obscurè scripsisse: ex quibus locis doctrinam pestiferarum febrium curādarum idoneam depromere possimus. Galen enim 8. de cōp. med. secundum locos, si in inflammatione & stomachi distentione, ac uomitu probat spongiam aceto acerrimo imbutam pedibus, & brachijs imponi, detinerīq; se usque quo bullas excitet (quod nil aliud est, quàm uesicatorio vti) sanè multò magis in febre pestifera huiusmodi per vesicas his partibus admotas reuulsio necessaria esse uidetur. Idem Gal & 3. de Officina Medica, & 6. de tu. val. rubificantium medicamentorum, quos dropacismos vocat, mentionem facit; quæ etiamsi locis iam citatis à Gal. ideò tantum proponantur, vt ad emaciatas partes calorem, & alimentum attrahant, cur etiam nobis ijsdē, & valentioribus vti non licebit, si calorem ad partes extimas, & venenum simul euacuare opus fuerit? Aëtius etiam in cura cardiacę affectionis horum vesicantium satis perspicuè mētionem facit. Inquit enim: Extremæ verò corporis partes siue ad genua vsq; & cubitos, siue usq; ad locum sub alis & inguina sint refrigeratæ, sale vsta. & sulphure viuo conspergendæ, aut pyrethro, aut piperitide, aut bulbis tritis cū pipere illinendæ, à brachijs vsq; ad digitos, & à femore vsque ad extremos pedes, gracilibus linteolis simul circūpositis. idem præstat sinapi, & pyrethrum, & adarce. Profectò qui ex vesicātib⁹ verentur ne nimia inducatur calidiras, hunc locum nō attente admodum se adnotasse ostendunt. In cardiaca enim, morbo omnium acutissimo, si Aetius non exilem tantum brachij, aut cruris partē (quod nos in admouendis vesicantibus facimus) sed & vniuersum crus à genu ad pedem, & brachium à cubito ad digitos, vesicandum esse existimat, profectò cur nos tantam in istis admouendis caliditatem vereri debemus, non ita facile perspicere possum. Illud tamen libenter ex huiuscemodi doctrina desumo, vesicantia non minus in febre pestifera, quàm in cardiaca esse necessaria, quando eadem pars & ab ea-

Cap.4.

Cap.32.
Cap.8.

Ser.9.c.11.

dem omnino causa in pestifera febre læditur, quæ etiam in cardiaca, ut propterea rarò admodum pestiferas febres sine cardiaca conspicere liceat. Sed iam cæteros uideamus, qui de vesicantibus mentioné fecerunt. Inter hos Rufus est, & Possidonius in libello de Mel. Galeno adscripto. Paulus lib. 3. similiter in c. de Melácholia, a quo accepit Auic. prima tertij trac. cap. 21. & alii plurimi; qui eorum uires, & iuuamenta non solum in uniuersali, sed in singulari prosequuti sunt. Nullum enim ferè medicinæ scriptorem inuenias, qui dum simplicem medicinam pertractat, de rubificantibus, in cutem attrahentibus, vesicantibus & ulcerantibus uerba non faciat. Nostrum deinde esse uidetur, dum illorũ facultates nouerimus, ijsdem pro necessitate uti. Quod sanè cum præ cæteris omnibus Galen. ipse 5. illo Simpl. medicamentorum longo & accurato sermone prçstiterit, à nemine illũ accusari posse existimo, etiam si expresse in curáda febre pestifera, ipsorũ mentionem non fecerit. Sed, ut denique omnis hac in re nodus tollatur, non erit præter rationem, aliqua etiam scriptorum loca in medium afferre, in quibus hoc remedium & ipsius materiæ tanquam pestiferis morbis proficuæ proponuntur.

Cap. 17.

Cap. 18. Omitto quintum illum de Simpl. Medicina, vbi inquit, omne venenum à foris impositis iuuari; & secundum illum librum de Antidotis, [illegible], atque alia loca superius allata, ne inutiliter eadem sæpius repetátur. Locus videtur esse apud Galenum clarissimus, referéte Rabi Moyse in Aphorismis ex primo de humoribus, vbi sic scribit: " Cum ægritudo declinat ad pectus, & stomachum, constrictio manuum, & " pedum, humorem nociuum attrahit ad diuersum. Postea subdit: " Et similiter superfluitas cum declinat ad caput & ventrem, ad diuersum attrahũt medicinæ mordicatiuæ manibus & pedibus applicatæ. Quid clarius pro vesicantium in his febribus vsu adduci possit, ego planè non habeo: & qui huic loco non acquiescit, si sexcenti etiam afferantur, nunquam acquiescet. Liceat tamen locum quoque Oribasii in medium afferre, qui octauo suorum Collectaneorum cap. 19. hunc in modum scribit: " Acria quoque medicamenta artubus imposita succos ad caput visceraque vergentes reuellunt. Id ipsum

clariùs

clariùs libro 10. cap. 13. Paulus quoque lib.2.cap.36. de cura pestilentis febris verba faciens inquit: Si uerò ardeant interna, extremæ uerò corporis partes algescunt, summa cutis frigescit, præcordia contenduntur, aut suspenduntur, & quibus eiusmodi adsunt symptomata, calorificis opus est. Sed quibus calorificis o Paule? quò vlceretur præ ardore vndique corpus, & si qua alia via possibile est ex imis corporis partibus ad exteras feruorem euocari atque sudorem. Quid his clarius? Verum verò in febre pestifera succi caput & viscera petant nec ne, interiora vrantur & exteriora algeant, hos tantùm volo iudices esse, qui vesicatoria improbant. Auicennas quinetiam in curanda febre pestilenti, omnia hæc à Paulo accipiens inquit: Quod si contingat in his febribus infrigidari extrema atque vigilias ac deliria instare, tunc necesse esse administrare regimen trahens caliditatem exterius. Ego petam quæ sint hæc remedia apud Auicennam, caliditatem exterius attrahentia. & cùm eo loci minimè eorum materias proponat, ad cap. quartum tractatus primi secundi libri confugio, quo in loco de istis medicinis verba faciens inquit: Sed rubificatiua medicina est, cuius proprietas est, ut calefaciat membrum, cui obuiat fortiter, ita vt ad ipsum vehementi attractione sanguinem attrahat peruenientem ad eius exteriora, & rubefaciat ipsum, & hoc est sicut sinapi, & napellus, & calamenthum; de illis enim ipsum intelligere oportet, de quibus Paulus, à quo ipse accepit, mentionem fecerat. ex quo loco non tantum colligo uesicantium & naturam, & materias, sed etiam illius veritatis, quam attuli confirmationem; uesicantia scilicet non interiores, sed exteriores tantùm quibus admouentur partes calefacere.

Et hæc ad confirmandam vesicantium ex antiquorum sententia utilitatem satis esse volo, si aliqua etiam posteriorum medicorum loca in medium proferantur. Nicolaus Florentinus celebratissimus sui temporis medicus, super prima quarti in capitulo de cura carbunculi pestilentis, vesicantium sub eadem forma, qua nos hoc ipso tempore utimur, conspicuam mentionem fecit. hoc ipsum uidere

est

est apud Iacobū de Partibus super eadem prima quarti in cu-
ra feb. pestilentis, vt alios plurimos recentiores omittam, qui
fortasse ab illis, qui vesicantia impugnant, etiamsi celebres
viri existant, propter nouitatem tamen impugnari poterunt.
Minimè tamen Hieronymum Mercurialem, & Alexandrum
Massariam præterire debeo, ambos sanè summos & spectatis-
simos viros: quorum prior cum in suo illo de peste libello nó
leuem huic remedio dignitatem, & lucem tribuisset, inter cæ-
tera hoc, quod & Massaria in suo etiam lib. de peste, & alij ple
rique viderunt, se obseruasse scribit, in illa scilicet peste quæ
anno 1576. & 1577. grassata est se nullum omnino cadauer
cauterijs in aliqua parte inustum, uno excepto Presbytero, ui
disse. Ex quo vnusquisq; intelligere potest, quantum ad præ-
seruanda & curanda humana corpora ab hac insigni venenata
qualitate vesicantia ipsa possint. nam etsi cauteria paulò pro-
fundiora sint, vesicantia tamen in acuto morbo propter calo-
rem & dolorem, multò magis quàm cauteria iam confirmata
reuellere possunt. alter verò hoc ipso remedio plures ex illis,
qui cum infectis fuerant, omnino se præseruasse docet. Nec
contemnenda est Philippi Ingrassiæ Archiatri Siculi auctori-
tas, viri eruditi & experientissimi, qui nullum æque remediū
profuisse tum aliàs, tum uerò in peste illa Siciliensi, de qua
commentarium edidit, ... vesicatoria testatur.
Administranda igitur sunt vesicantia in febribus quidem om-
nibus pestiferis, præcipuè verò in illis, quæ aut delirium aut
profundum somnum, aut cardiacam affectionem, aut extremo
rum frigiditatem, aut plura ex his habeant coniuncta: nam
Cap. 13. etsi Orib. lib. 10. delirij mentionem non fecerit, illud tamen
comprehendi debere nemo negare debet. Tempus sit eodem
die, si fieri posset, primo, & hora, qua morbus incipit, imò ue-
rò si eos qui febre pestifera tentādi sunt, antequā in morbum
inciderent, dignoscere possemus, vesicantia ante ægrotationē
apponere conducibilius esset tales. n. præseruari non modò à
Mercur. & Massaria, sed & à Nicolao Massa lib. suo de peste
cap. 8. in multis qui sine periculo peste affectos tractabant
obseruatum est. Hinc fortè fit, ut multi uesicantibus nullam
omnino fidem adhibeant. Cum enim eo tātùm tempore, quo
iam

iam lues hæc pestifera solidam cordis substantiam depascitur, à plerisque in usu habeantur, quid mirum esse debet, si tales omnes intereant? an non manifestissimum est, uesicantia extremis partibus admota reuellentem tantùm uim obtinere, reuulsionem uerò non humori iam fixo, & impacto, sed mobili & fluenti conuenire? igitur uesicantia, si dum adhuc humores infixi non sunt, sed huc atque illuc ruunt, affigantur, profectò conferunt, neque principes partes tam grauiter uexari permittunt, imò uerò aliquando etiam ipsas à venenata qualitate immunes reddunt. ubi uerò iam infixi fuerint, frustra profectò, & hæc & alia quoque adhibentur. Quod ad locum attinet, etiam si uideam, Galen. Aetium & Oribasium crurum, & brachiorum mentionem facere; ego tamen, cum hæc uesicantia pro reuulsione tantum adhibeo, cruribus & coxis affigere soleo. Si uerò deriuatione etiam opus fuerit, ut cum & cerebri, & cordis insigniter læsi conspicua signa appareant, in eo casu proximioribus etiam partibus, ut brachijs in carpo, aut supra cubitum; imò uerò, postulante necessitate euacuationis à parte affecta, & scapulis, & commissuræ coronali, & post aures aliquando imponi curaui. Est tamen dubium, vtrum, imbecilla existente ob morbum aliqua ex illis partibus, cui uesicantia affigi debent, liceat illi remedium hoc adhibere, an satius sit ab eodem detinere. Qua in re, quicquid alij sentiant, ego sanè iudico, ita faciendum, ut si pars illa ita eo tempore laborauerit, ut adhibito uesicante, alicuius insignis mali periculum immineat, omnino ab hoc remedio abstinendum sit: si uerò nihil tale timeri possit, profectò hanc operationem minimè relinquamus, imò uerò si morbus ille iam desijsset, & ex usu uesicantis reuerti posset (dummodo, ut paulo ante dicebam, aliquod graue periculum non impendeat) sequutus in hoc Galeni consilium, conuenientissimum existimo, partem illam irritare, ut morbus ipse reuertatur. Sic enim Galenus 11. Meth. 20. scribit: Quod si, præterquam quod nulla princeps pars imbecilla sit, etiam inferioris notæ partium aliqua sit inualida, ueluti podagricis pedes, & his qui articulari uitio laborant (arthriticos græci uocant) uniuersi corporis articuli; maxima salutis spes ægro ex balneo comparabitur, ipsis

infirmis

infirmis partibus quæ superuacua sunt, excipientibus. Si itaq; Galenus in febre etiam benigna non ueretur excitare dolores articulares, ut partes principales præseruare possit, multò magis id in febre pestifera præstandũ erit, in qua si quæ pars præcipua imbecilla non est, in hanc tamen imbecillitatem facile perduci potest. De modo autem administrationis vesicantiũ, & eorum materijs plura proferre nolo, ne hanc nostram tractationem potius ad ostentationem, quàm ad vtilitatem institutam esse, quispiam animo concipiat. Scio enim has uesicantium materias cantharides, flammulam Iouis, batrachii species, sinapi, euphorbium, sandaracham, auripigmentum, nigrum verattum, & album, elaterium, thapsiam, pyrethrum; scillam, acetum acerrimum, & alia id genus plurima omnibus esse notissima. Modum verò administrandi, qui diligentius intelligere voluerit, Michaelem Gauassetiũ in suo de his medicamentis libello, quo hæc commode collegit, adire poterit. Ad secundam igitur disputationis partem, de magnorum scilicet antidotorum, præcipuè uerò theriacæ in his febribus vsu, me conuertam. Quem sanè laborem me inutiliter suscipere non modò alios doctos viros, sed ego ipse quoque arbitrari cogor: tam clarum enim esse existimo, id genus medicamenta pestilẽtibus morbis proficere, quàm quod clarissimũ, ut propterea virum [illegible] (ut ingenuè licet, quod sentio, dicere) satis mirari non possim; qui cum in quodã suo elegantissimo ac doctissimo libro de peste Theriacam, & Mithridaticam confectionem tantoperè commẽdet, nunc tamen hæc ipsa impugnare minimè uereatur. Ego uerò non alio sanè maiori argumento horum vtilitatem me confirmare posse profiteor, quàm quod istis deficientibus in plerisque pestiferis nullus, in omnib. autem periculosus admodum, & dubius sit curandi locus. Ephemeras enim, & Hecticas pestilentes quis quæso aut uenæ sectione, uel alia sanguinis missione, aut purgationibus tractandas esse iudicabit? Sanè mihi non solùm inutile, sed & perniciosum omnino videtur, corpus minimè plethoriũ aut cacochymum euacuatione, aut purgatione tentare. Si itaque Alexipharmaca, quæ à tota substantia agunt, qualia sunt theriaca, deficiant, profectò uniuersam curandi

Cap. 17.

andi spem deficere oportet. In omnibus autem periculosam esse communem illam medendi rationem, satis tot pestiferorum morborum experimenta confirmare possunt; in quibus nullum omnino auxilij genus præter ista, quæ ab occulta qualitate operantur, quempiam pristinæ valetudini restituisse, ex Gal. varijs in locis colligere possumus; qui nonnullas pestes bolo tantum Armena, alias theriaca, nonnullas vrina sanatas esse, scribit. Hinc factum est, vt non modò in sanguinis missione, ac cæteris chirurgicis auxilijs, de quibus iam satis dictum est, sed & in Pharmaceutico, ac Diæretico instrumento tantoperè medici hæsitare videantur, vt vix tres vel quatuor inuenias, qui uno & eodem modo harum febrium curationē instituant. alij enim quamcumque etiam leuissimam euacuationem prohibent, clysteres nonnulli suspectos habent: alij contrà in alexiterijs & venenatis medicamentis antimonio, præcipitato, chalcantho, & elleboro albo, & id genus alijs omnem salutis spem reponunt. quidam purgantia mediæ naturæ eligūnt, rhabarbarum, agaricum, elect. ros. Mes. Diaphœnicon, senam, polypodium, epithymum. quidam in solis lenientibus, cassia, manna, tamarindis, Syr. rosato & violato solutiuis, Diaprunis, Tryphera persica, sero, insistendum esse existimant. nonnulli brodiis alteratis, quæ dicuntur, cōmuniter vtuntur, aliis propter suspicionem putredinis, & humiditatis hæc sunt suspecta. potu frigidæ nōnulli se hos omnes affectus curare profitentur. alii frigidam potionem pestiferæ febris pestem existimant. Serum lactis multi laudant; multi etiam accusant. Victum tenuissimum alii præscribunt; contrà plures admodum plenum; multi medium; quidam à carnibus, iusculis & ouis abstinendum esse clamant, & vinum concedūt; alii deniq; vinum prohibent, hæc uerò liberaliter ægris propinant. Dii immortales, quid in tanta celebratissimorum medicorum controuersia omni ex parte tutum & à crimine liberum adhiberi poterit? De agentibus autem ab occulta qualitate, qualia sunt Theriaca, seu alexipharmaca, aut leuissimā, aut fortè nullam inter doctos viros esse contentionem, paulò post me demonstraturum confido. Nunc autem ne quispiam existimet, me nihil omnino in his febribus aut pharmaciæ,

9. Simpl. c de Samia.
x. Simpl.

aut victus rationi tribuere, paucissimis verbis dicam, quid circa hæc omnia ego ipse in usu habendum esse credam: postea verò ad principale propositum descendam. In putridis igitur pestilentibus euacuationes per lenientia potius, quàm per quoduis aliud genus purgantis administratæ, cæteris mihi videntur præferendæ; minus enim uirtuti officiunt, minus etiã naturam ipsam à propriis conatibus, qui multi & maximi in his febribus sunt, aut distrahere, aut concitare possunt. distrahere quidem, si humorum impetus ad cutim inclinaret; concitare autem, si in uentrem, quod plerunque contingit, demittere vellet. quo in casu periculosam esse talem excretionẽ ex

57. Hippocrate satis superque colligere licet, qui tertio in tertiũ
" Epidemiorum sic scribit; vnc que verbo qui longis morbis
" vel acutis tenebantur, ventris vitio omnes præcipuè mortui
" sunt; cunctos nanque uenter sustulit. Quod autem ad alterantia pertinet, iuscula in primis, si illa minimè pinguia fuerint, & oxalide, aut acido citri alterata, mihi minimè in virtute admodum imbecilla improbantur. Viribus enim calidis existentibus, aquas ipsas stillaticias ex oxalide, cichorio, borragine, acido etiam citri; immò uerò eiusdem syrupo, aut de limonibus, aut alio consimili permixtas magis commendo.

Cap. 7. Frigidæ potum scio à Rase in lib. suo de Peste fuisse propositum; propterea in pestilentibus illis admodum æstuosis, qua-

Li. 7. met. les illas fuisse existimo, quæ ab Ouidio & Thucydide descri-

Lib. 20. buntur, in quibus præ immodica siti homines ne tegumenta quidem leuissima sustinere poterant, sed ut siti satisfacerent, se ipsos in fontes & flumina præcipitabant; in his inquam casibus, si non frigidam, saltem aut hordeaceam, aut stillaticias propositas, aut etiam serum caprinum; quæ ab Auic. quoque in cura febris pestiferæ video esse proposita, libentissimè concederem. In victus autem ratione instituenda etiamsi ego quoque Herodoti, referente Aetio, & sequacium opinionem insequens, in hac febrium conditione mediam quandam uictus rationem instituendam esse iudicem, quòd scilicet tenuissimam, uel tenuem vires ipsæ minimè sustinere possint; attamen hanc mediam uiuendi rationem latitudinem quandam insignem habere volo, ut propterea quandoque ad latus pleni,

al, quandoque verò tenuis, postulante virtutis maiori, vel minori necessitate, declinare oporteat. Carnium quidem masticationē, exceptis leuioribus auiculis acido etiam citri intinctis, propter putredinis suspicionem euitarem; contusis autem, & illis acido citri, & aqua rosata dissolutis in ptissana hordeacea, aut panatellis vterer: destillatis autem illis in duplici vase, præcipuè si acetosa & acidum citri, atque margaritæ simul cum aliis fragmentis preciosis, folijsque auri, & argenti immisceantur, multò libentius usurparem. In potu uerò, nisi summa fuerit ob casum virtutis necessitas, puro aut aquas stillaticias, aut aquam illam carnis cōmunem posse sufficere, quanquam certus sim multa hic Patauij haberi vina, quæ tutò in quocunq; temperamento & calidissimo etiam morbo sine vllo caliditatis periculo concedi possent. Et hæc obiter à me de cæteris auxiliis, & eorum materiis dicta sint, quæ ea tantum de causa explicare volui, ne quispiam existimaret, me hæc omnia tanquam dubia omnino ab harum febrium curatione ablegare: hoc enim ego non censeo, imò verò circa hæc ita agendum puto; hoc tamen ad propositum rediens iterum repeto, tutiorem omnibusque pestiferis communem, & à cunctis acceptam medendi rationem eam esse, quæ fit per medicamenta alexipharmaca, seu theriaca, quæ venenatam occultamq; illam qualitatem occulta similiter qualitate expugnant: si uerò in excellenti quadam putredine fuerit posita, eiusdem humiditatem exiccant, ipsam absumunt, per sensibiles, & insensibiles meatus extrudunt, productè dum obstructiones, constrictiones & densitates aperiunt, liberam reddunt transpirationem, quæ vnica omnem putredinis suspicionem amouere potest. Talia profectò sunt & theriaca, & Mithridatica cōfectio; tales sunt infinitæ propemodum confectiones, quæ à varijs Medicinæ praxeos scriptoribus in hunc finem instituuntur, ex dictammo, scordio, tormentilla, sem. citri, cornu cerui usti, baccis lauri, cinamomo, moscho, ambra, zinzibere, macere, & aliis propemodum infinitis; quæ etsi materia quodammodo à theriaca differre videantur, pleraque tamen neque materia, neque facultate hac differunt. Illud quidem non negauerim, plurima confici aduersus febres pestilentes alexipharmaca, fri-

gidis qualitatibus donata, quæ sanè mihi non improbantur; talia enim à medicis nostris plurima proponũtur ex sandalis, corallis, rosis, spodio, margaritis, hyacinthis, smaragdis, sapphiris, osse de corde cerui, limatura auri & argenti, acido citri & limonum, camphora, & aliis id genus plurimis, quæ in pestiferis illis admodùm æstuosis aut forma pulueris, aut tabularum, aut pilularum, aut electuarij, & conseruæ, vel alia consimili administrari possunt & debent; in illis autem, quæ ita exurentes non sunt, sed quas cum Galeno & Auicenna calore tepido esse diximus, imò verò ita aliquando obscuræ, ut ab eruditis etiam medicis minimè deprehendantur, in his, inquam, nihil theriaca aut Mithridatica confectione conducibilius esse posse existimo: nam præterquam quòd ea omnia præstat, quæ præstanda esse paulo superius docuimus, accedit etiam, quòd istos sic refrigeratos calefacit, & consequenter simul cum caliditate venenatam etiã qualitatem ad infimas & extimas partes reducit, propterea Galenus in lib. de Theriaca ad Pisonem, hæc de theriaca verba profert: Deprehensaque est mihi, vel sola in pestilenti constitutione languentibus posse succurrere, cum nullum aliud præsidium tam magno malo tunc ita resistere ualeat. & paulo post subiungit: Ad istum modum arbitror & theriacam, tanquam ignis quidã purificans & ipsa esset, illos quidẽ qui sani adhuc ipsam biberint, non permittere, ut pestilentia prorsus capiantur; illos autem, qui iam ægrotant, sanare posse cùm aeris inspirati malignitatem cõmutando, tum corporis temperaturam amplius corrumpi non sinendo Si igitur tanta est theriacæ uis, ut malignitatẽ iam effectam immutare, & partes, ne corrũpantur, præseruare possit, quid hac præstantius inueniri possit, ego excogitare sanè non possum: præcipuè uerò si, ut ipsemet scribit, ét humores superfluos absumit, calefacit mẽbra refrigerata, excrementa moderatè foras expellit, & quæ superflua sunt mẽbrorũ oĩum respiratione salubriter excernit. Hæc oĩa etiam ex lib. de Theriaca ad Pamphilianũ, & de antidotis colligi possent: sed quia fortè quispiã huius antidoti nõ multũ amicus has auctoritates tanquam minimè Galenicas refellere posset, ꝓptereà ego etiamsi librũ illum de Theriaca

ad Pamphilianum fortaſſe ſpurium eſſe exiſtimē, illū certè de antidotis genuinum non eſſe, neminē dubitare credo: in cuius initio ita ſcribit: Medicamenta, quæ non extrinſecus impoſita, ſed intus aſſumpta, malas corporis affectiones ſanant, Antidotos medici vocant: quarum tres ſunt omnes differentiæ. Nam aduerſus exitiales potiones quædam faciunt: quædam ad feras valent, quæ venenum ictu morſuve relinquunt: quædam excitis mala uictus ratione morbis auxiliantur. Nonnullæ uerò tria hæc ſimul pollicentur, cuiuſmodi eſt, quam theriacam uocant. Si igitur theriaca ualet ad hæc tria uenenorū genera potiones, morſus, & ex prauis ſuccis genita, neſcio quid clarius in Galeno inueniri poſſit. Librum uerò ad Piſonem ſpurium eſſe, mihi perſuadere nequeo: nam præterquā quod & phraſim, & Galeni doctrinam in omnibus imitatur, accedit etiam Aëtii teſtimonium, qui paucis poſt Galenum annis floruit: hic enim ſermone 13. cap. 97. de hoc libro tanquam Galeni legitimo meminit. imò verò cap. 96. idem auctor, qui non ſolum integras lineas, ſed & capita ex Galeno & antiquioribus depromere conſueuit, totum caput 16. libri de theriaca ad Piſonem in ſuum illud caput tranſtulit: proptereà de theriacæ uſu ipſe quoque verba faciens inquit: Cognita eſt præterea nobis antidotus, ut quæ in peſtilentibus cōſtitutionibus peſte apprehenſis vnicè auxiliari poteſt, eos uerò qui eam præbiberint, peſtilenti affectione apprehendi prohibet, ipſa enim velut temperamentum quoddā & ſanā conſtitutionem in corporibus inducit redundantes humores conſumendo, & refrigeratas partes calefaciendo, inſuper & innatam facultatē corroborans ad naturales actiones probè obeundas. Quæ verba ſi cum Galenicis conferantur, eadem ōino eſſe videbuntur. Ex his igitur & librū illum Gal. eſſe, & præterea Aëtii de eiuſdē theriacę utilitate ſnīa ſatis apertè conſtat. Paulus quoq; lib. 2. ita ſcribit: Gal. tradit cōtra peſtilētiales putredines Armeniacā glebā potu ſumptā excellētiſsimū eſſe remediū, pari ēt mō viperatū theriacā. mehercule vigēte in ipſa vrbe Roma peſte q̄buſcunq; hoīū alterū nō ꝓfuit, ad vnū oēs perierunt. Ex quo loco nō mō ſuā ipſius mentē Paul. aperuit, ſed ēt mendā in Gal. tex. 9. illo Simpl. cōtineri nobis oſtēdit,

f. Theriaca aduersus tria uenena

cùm multi codices ibi de Theriaca minimè mētionem faciāt, quos tñ ut Paulus optimos acceperit, nō modò terram Lemniam, sed & theriacam aduersus pestem Galeni tempore in frequenti vsu maximo assumētibus fructu habitam fuisse docet, propterea idem Paulus lib. 7. cap. de Theriaca sic scribit: Pariformiter etiam his qui citra manifestam occasionem periclitantur corporis corruptione lethalis medicamenti qualitatē indicante, vel qui in pestilentialibus quandoq; accidere consueuit semel in die. &c. Auicen. quin etiam lib. 5. Summa prima, Tract. 1. cap. de theriaca scribit eum qui theriaca vtatur securum fieri ab ægritudinibus pestilentiæ. Sed quid singillatim omnes percurro? legantur Græci, Arabes & Latini, siue antiquiores, siue recentiores; neminem adhuc legere potui, qui theriacæ usum in his febribus improbauerit, propterea & Gentilis in suo illo Consilio de Peste, & super prima quarti cap. de cura febris pestilentis, quem sequuti sunt ex recentioribus viri doctissimi, Georgius Agricola, Andernacus, Andreas Gallus, Andreas Graciolus, Alexander Massarias, Hieronymus Mercurialis praeceptor meus, Thomas Iordanus, vt alios multos prætercam, qui siue ex professo, siue obiter de febre & pestiferis febribus tractauerint, ut Altimarū, Holleriū, Vidū Vidiū, Ioubertum, Nicolaū Massam, oēs theriacæ usum miris laudibus extollere non dubitant. Quæ cum ita sint, uideamus modò, vtrum rationes, quæ aduersus hanc antidotū proferuntur, alicuius sint momenti, necne. Omittam quæ ab Andrea Butnero cōtra theriacam, & Mithridaticam cōfectionem obiiciuntur. Hæc scilicet fuisse empiricorum inuentum, nulla arte, aut consilio paratum, ad meram hominum ostentationem conscriptum, nullis etiam Cæsarum sumptibus, aut conatibus propter obseruandarum cōditionum difficultatem perfectibile; puto enim illum vt proprii ingenii subtilitatem ostentaret, potius quàm corde ita crederet, huiusmodi paradoxum scripsisse: prætereo etiam quæ à Manardo in theriacā proferuntur, indiligētiam potius, quàm rem ipsam damnante, cum certum sit hoc ipso tempore theriacam ob ampliores sumptus, amicorum auxilia, posterorum solertiam, ac peregrinantium vigilantiam, multò excellentiorem parari quàm

Lepist. e pist. 3.

Ma-

Manardi tpę. Nūc enim neq; chalcitis, neq; verum opium, aut aspalathum, marum, thlaspi, costus, radix pentaphilli, myrrhæ, rhœum, cinamomum, cassia, polium, schœnāthum, nardus indica, terra Lemnia, hypocistis, dictan nū, petroselinum ue nobis minimè deficiunt; imò neque uerum balsamum, quandó summa Prosperi Alpini celebris medici diligentia non solum eius descriptionem & iconem, quam nuper in lucem edidit, sed & virentem plantam Venetiis plerique uidere potuerunt, vt proptereà verendum non sit, hoc tempore tam præstantē haberi theriacæ confectionem, quàm tempore Galeni apud Romanos Imperatores pararetur, & seruaretur. Sed esto, ēt aliqua ex illis deficere, cur quæso tam acriter eorum succedanea sunt extrudenda? fueruntne qui theriacam descripserūt Dii an homines? Si cælitus hanc ipsius descriptionem primā accepimus, aut illa ad vnguem est obseruanda, uel si talis nō habeatur, minimè vsurpanda. Sed si homines fuerunt, & homines ne dicam Empirici, sed tamen non primæ classis medici, cur quæso medicamenta eiusdem odoris & saporis, eiusdē deniq; facultatis in deficientiū loco substitui non poterunt? Sed iam ad grauiores obiectiones me conuerto. Suspecta igitur in his febribus non paucis uidetur theriaca, primū quidē, quòd quatenus calida, & sicca febri ipsi aduersetur; deinde verò, quia propter insignem, quam obtinet agitandi, ac fundendi humores uim, coctionē ipsam impediat, nec solùm coctioni impedimento esse possit, imò verò quod in quartana ob intēpestiuū theriacæ usum aliquando euenisse scribit Galenus, id ipsum, & multò magis in febre pestifera contingere posse, vt scilicet tempore cruditatis accepta ægrotantes interficiat. Accedit etiam ex horum opinione, quòd hæc uirtutē ipsam vitalem, quæ in pestiferis febribus languida admodū esse solet, potius deiicit, ut proptereà scribat Galenus se aliquando puerum iam extenuatum ob theriacæ usum interfecisse. Addunt etiam, huiusmodi medicamentū neque calidis naturis, neque tempore anni calido, neque uigenti ætate, aut humoribus calidis ex Galeni præcepto usurpari debere. Denique, in febribus pestiferis hoc etiam concesso theriacam minimè obesse, tempus tamen exhibitioni illius opportunū

Lib. de Ther. ad Piso. c. 17.

inueniri

dem omnino cauſa in peſtifera febre læditur,quæ etiam in cardiaca, ut propterea rarò admodum peſtiferas febres ſine cardiaca conſpicere liceat. Sed iam cæteros uideamus, qui de veſicantibus mentioné fecerunt. Inter hos Rufus eſt, & Poſſidonius in lib.illo de Mel.Galeno adſcripto. Paulus lib. 3.ſimiliter in c.de Meláncholia, a quo accepit Auic. prima tertij trac. cap. 21. & alii plurimi; qui eorum uires, & iuuamenta non ſolum in uniuerſali, ſed in ſingulari proſequuti ſunt. Nullum enim ferè medicinæ ſcriptorem inuenias, qui dum ſimplicem medicinam pertractat,de rubificantibus,in cutem attrahentibus, veſicantibus & ulcerantibus uerba non faciat. Noſtrum deinde eſſe uidetur, dum illorū facultates nouerimus, iiſdem pro neceſſitate uti. Quod ſanè cum præ cæteris omnibus Galen.ipſe 5.illo Simpl.medicamentorum longo & accurato ſermone pręſtiterit,à nemine illū accuſari poſſe exiſtimo, etiamſi expreſſe in curāda febre peſtifera, ipſorū mentionem non fecerit. Sed, ut denique omnis hac in re nodus tollatur, non erit præter rationem, aliqua etiam ſcriptorum loca in medium afferre, in quibus hoc remedium & ipſius materiæ tanquam peſtiferis morbis proficuæ proponuntur.

Cap.17. Cap.18.

Omitto quintum illum de Simpl. Medicina, vbi inquit, omne venenum à foris impoſitis iuuari; & ſecundum illum librum de Antidotis [illegible], atque alia loca ſuperius allata,ne inutiliter eadem ſæpius repetatur. Locus videtur eſſe apud Galenum clariſſimus, referēte Rabi Moyſe in Aphoriſmis ex primo de humoribus, vbi ſic ſcribit: "Cum ægritudo declinat ad pectus,& ſtomachum, conſtrictio manuum,& pedum,humorem nociuum attrahit ad diuerſum. Poſtea ſubdit: Et ſimiliter ſuperfluitas cum declinat ad caput & ventrem, ad diuerſum attrahūt medicinæ mordicatiuæ manibus & pedibus applicatæ." Quid clarius pro veſicantium in his febribus vſu adduci poſſit.ego planè non habeo: & qui huic loco non acquieſcit, ſi ſexcenti etiam afferantur, nunquam acquieſcet. Liceat tamen locum quoque Oribaſii in medium afferre, qui octauo ſuorum Collectaneorum cap. 19.hunc in modum ſcribit: "Acria quoque medicamenta artubus impoſita ſuccos ad caput viſceraque vergentes reuellunt." Id ipſum

clariùs

clarius libro 10. cap. 13. Paulus quoque lib.2.cap.36. de cura pestilentis febris verba faciens inquit: Si uerò ardeant interna, extremæ uerò corporis partes algescunt, summa cutis frigescit, præcordia contenduntur, aut suspenduntur, & quibus eiusmodi adsunt symptomata, calorificis opus est. Sed quibus calorificis o Paule? quò vlceretur præ ardore vndique corpus, & si qua alia via possibile est ex imis corporis partibus ad exteras feruorem euocari atque sudorem. Quid his clarius? Verum verò in febre pestifera succi caput & viscera petant nec ne, interiora vrantur & exteriora algeant, hos tantùm volo iudices esse, qui vesicatoria improbant. Auicennas quinetiam in curanda febre pestilenti, omnia hæc à Paulo accipiens inquit: Quod si contingat in his febribus infrigidari extrema atque vigilias ac deliria instare, tunc necesse esse administrare regimen trahens caliditatem exterius. Ego petam quæ sint hæc remedia apud Auicennam, caliditatem exterius attrahentia. & cùm eo loci minimè eorum materias proponat, ad cap. quartum tractatus primi secundi libri confugio, quo in loco de istis medicinis verba faciens inquit: Sed rubificatiua medicina est, cuius proprietas est, ut calefaciat membrum, cui obuiat fortiter, ita vt ad ipsum vehementi attractione sanguinem attrahat peruenientem ad eius exteriora, & rubefaciat ipsum, & hoc est sicut sinapi, & napellus, & calamenthum; de illis enim ipsum intelligere oportet, de quibus Paulus, à quo ipse accepit, mentionem fecerat. ex quo loco non tantum colligo uesicantium & naturam, & materias, sed etiam illius veritatis, quam attuli confirmationem: uesicantia scilicet non interiores, sed exteriores tantùm quibus admouentur partes calefacere.

Et hæc ad confirmandam vesicantium ex antiquorum sententia utilitatem satis esse volo, si aliqua etiam posteriorum medicorum loca in medium proferantur. Nicolaus Florentinus celebratissimus sui temporis medicus, super prima quarti in capitulo de cura carbunculi pestilentis, vesicantium sub eadem forma, qua nos hoc ipso tempore utimur, conspicuam mentionem fecit. hoc ipsum uidere

est

tam lues hæc pestifera solidam cordis substantiam depascitur, à plerisque in usu habeantur, quid mirum esse debet, si tales omnes intereant? an non manifestissimum est, uesicantia extremis partibus admota reuellentem tantùm uim obtinere, reuulsionem uerò non humori iam fixo, & impacto, sed mobili & fluenti conuenire? igitur uesicantia, si dum adhuc humores infixi non sunt, sed huc atque illuc ruunt, affigantur, profectò conferunt, neque principes partes tam grauiter uexari permittunt, imò uerò aliquando etiam ipsas à uenenata qualitate immunes reddunt. ubi uerò iam infixi fuerint, frustra profectò, & hæc & alia quoque adhibentur. Quod ad locum attinet, etiam si uideam, Galen. Aetium & Oribasium crurum, & brachiorum mentionem facere; ego tamen, cum hæc uesicantia pro reuulsione tantum adhibeo, cruribus & coxis affigere soleo. Si uerò deriuatione etiam opus fuerit, ut cum & cerebri, & cordis insigniter læsi conspicua signa appareant, in eo casu proximioribus etiam partibus, ut brachijs in carpo, aut supra cubitum; imò uerò, postulante necessitate euacuationis à parte affecta, & scapulis, & commissuræ coronali, & post aures aliquando imponi curaui. Est tamen dubium, utrum, imbecilla existente ob morbum aliqua ex illis partibus, cui uesicantia affigi debent, liceat illi remedium hoc adhibere, an satius sit ab eodem desistere. Qua in re, quicquid alij sentiant, ego sanè iudico, ita faciendum, ut si pars illa ita eo tempore laborauerit, ut adhibito uesicante, alicuius insignis mali periculum immineat, omnino ab hoc remedio abstinendum sit: si uerò nihil tale timeri possit, profectò hanc operationem minimè relinquamus, imò verò si morbus ille iam desijsset, & ex usu uesicantis reuerti posset (dummodo, ut paulo ante dicebam, aliquod graue periculum non impendeat) sequutus in hoc Galeni consilium, conuenientissimum existimo, partem illam irritare, ut morbus ipse reuertatur. Sic enim Galenus 11. Meth. 20. scribit: Quod si, præterquam quod nulla princeps pars imbecilla sit, etiam inferioris notæ partium aliqua sit inualida, ueluti podagricis pedes, & his qui articulari uitio laborant (arthriticos græci uocant) uniuersi corporis articuli; maxima salutis spes ægro ex balneo comparabitur, ipsis

andi spem deficere oportet. In omnibus autem periculosam esse communem illam medendi rationem, satis tot pestiferorum morborum experimenta confirmare possunt; in quibus nullum omnino auxilij genus præter ista, quæ ab occulta qualitate operantur, quempiam pristinæ valetudini restituisse, ex Gal. varijs in locis colligere possumus; qui nonnullas pestes bolo tantum Armena, alias theriaca, nonnullas vrina sanatas esse, scribit. Hinc factum est, vt non modò in sanguinis missione, ac cæteris chirurgicis auxilijs, de quibus iam satis dictum est, sed & in Pharmaceutico, ac Diæretico instrumento tantoperè medici hæsitare videantur, vt vix tres vel quatuor inuenias, qui uno & eodem modo harum febrium curationẽ instituant. alij enim quamcumque etiam leuissimam euacuationem prohibent, clysteres nonnulli suspectos habent: alij contrà in alexiterijs & venenatis medicamentis antimonio, præcipitato, chalcantho, & elleboro albo, & id genus alijs omnem salutis spem reponunt. quidam purgantia mediæ naturæ eligũt, rhabarbarum, agaricum, elect. ros. Mes. Diaphœnicon, senam, polypodium, epithymum. quidam in solis lenientibus, cassia, manna, tamarindis, Syr. rosato & violato solutiuis, Diaprunis, Tryphera persica, sero, insistendum esse existimant. nonnulli brodiis alteratis, quæ dicuntur, cõmuniter vtuntur, aliis propter suspicionem putredinis, & humiditatis hæc sunt suspecta. potu frigidæ nõnulli se hos omnes affectus curare profitentur. alii frigidam potionem pestiferæ febris pestem existimant. Serum lactis multi laudant; multi etiam accusant. Victum tenuissimum alii præscribunt; contrà plures admodum plenum; multi medium; quidam à carnibus, iusculis & ouis abstinendum esse clamant, & vinum concedũt; alii deniq; vinum prohibent, hæc uerò liberaliter ægris propinant. Dii immortales, quid in tanta celebratissimorum medicorum controuersia omni ex parte tutum & à crimine liberum adhiberi poterit? De agentibus autem ab occulta qualitate, qualia sunt Theriaca, seu alexipharmaca, aut leuissimã, aut fortè nullam inter doctos viros esse contentionem, paulò post me demonstraturum confido. Nunc autem ne quispiam existimet, me nihil omnino in his febribus aut pharmaciæ,

9. Simpl. c de Samia.
x. Simpl.

al, quandoque verò tenuis, postulante virtutis maiori, vel minori necessitate, declinare oporteat. Carnium quidem masticationē, exceptis leuioribus auiculis acido etiam citri intinctis, propter putredinis suspicionem euitarem; contusis autem, & illis acido citri, & aqua rosata dissolutis in ptissana hordeacea, aut panatellis vterer: destillatis autem illis in duplici vase, præcipuè si acetosa & acidum citri, atque margaritæ simul cum aliis fragmentis preciosis, folijsque auri, & argenti immisceantur, multò libentius usurparem. In potu uerò, nisi summa fuerit ob casum virtutis necessitas, puto aut aquas stillaticias, aut aquam illam carnis cōmunem posse sufficere, quāquam certus sim multa hic Patauij haberi vina, quæ tutò in quocunq; temperamento & calidissimo etiam morbo sine vllo caliditatis periculo concedi possent. Et hæc obiter à me de cæteris auxilijs, & eorum materijs dicta sint, quæ ea tantum de causa explicare volui, ne quispiam existimaret, me hæc omnia tanquam dubia omnino ab harum febrium curatione ablegare: hoc enim ego non censeo, imò verò circa hæc ita agendum puto; hoc tamen ad propositum rediens iterum repero, tutiorem omnibusque pestiferis communem, & à cunctis acceptam medendi rationem eam esse, quæ fit per medicamenta alexipharmaca, seu theriaca, quæ venenatam occultamq; illam qualitatem occulta similiter qualitate expugnant: si uerò in excellenti quadam putredine fuerit posita, eiusdem humiditatem exiccant, ipsam absumunt, per sensibiles, & insensibiles meatus extrudunt, propterea dum obstructiones, constrictiones & densitates aperiunt, liberam reddunt transpirationem, quæ vnica omnem putredinis suspicionem amouere potest. Talia profectò sunt & theriaca, & Mithridatica cōfectio; tales sunt infinitæ propemodum confectiones, quæ à varijs Medicinæ praxeos scriptoribus in hunc finem instituuntur, ex dictamnio, scordio, tormentilla, sem. citri, cornu cerui usti, baccis lauri, cinamomo, moscho, ambra, zinzibere, macere, & alijs propemodum infinitis; quæ etsi materia quodammodo à theriaca differre videantur, pleraque tamen neque materia, neque facultate hac differunt. Illud quidem non negauerim, plurima confici aduersus febres pestilentes alexipharmaca, fri-

ad Pamphilianum fortasse spurium esse existimē, illū certè de antidotis genuinum non esse, neminē dubitare credo: in cuius initio ita scribit: Medicamenta, quæ non extrinsecus imposita, sed intus assumpta, malas corporis affectiones sanant, Antidotos medici vocant: quarum tres sunt omnes differentiæ. Nam aduersus exitiales potiones quædam faciunt: quædam ad feras valent, quæ venenum ictu morsuve relinquunt: quædam excitis mala uictus ratione morbis auxiliantur. Nonnullæ uerò tria hæc simul pollicentur, cuiusmodi est, quam theriacam uocant. Si igitur theriaca ualet ad hæc tria uenenorū genera potiones, morsus, & ex prauis succis genita, nescio quid clarius in Galeno inueniri possit. Librum uerò ad Pisonem spurium esse, mihi persuadere nequeo: nam præterquā quod & phrasim, & Galeni doctrinam in omnibus imitatur, accedit etiam Aëtii testimonium, qui paucis post Galenum annis floruit: hic enim sermone 13. cap. 97. de hoc libro tanquam Galeni legitimo meminit, imò verò cap. 96. idem auctor, qui non solum integras lineas, sed & capita ex Galeno & antiquioribus depromere consueuit, totum caput 16. libri de theriaca ad Pisonem in suum illud caput transtulit: proptereà de theriaca usu ipse quoque verba faciens inquit: Cognita est præterea nobis antidotus, ut quæ in pestilentibus cō stitutionibus peste apprehensis vnicè auxiliari potest, eos uerò qui eam prębiberint, pestilenti affectione apprehendi prohibet, ipsa enim velut temperamentum quoddā & sanā constitutionem in corporibus inducit redundantes humores con sumendo, & refrigeratas partes calefaciendo, insuper & innatam facultatē corroborans ad naturales actiones probè obeundas. Quæ verba si cum Galenicis conferantur, eadem oīno esse videbuntur. Ex his igitur & librū illum Gal. esse, & præterea Aëtii de eiusdē theriacę utilitate snīa satis apertè constat. Paulus quoq; lib. 2. ita scribit: Gal. tradit cōtra pestilētiales putredines Armeniacā glebā potu sumptā excellētissimū esse remediū, pari ēt mō viperatū theriacā. mehercule vigēte in ipsa vrbe Roma peste ꝗbuscunq; hoīū alterū nō ꝓfuit, ad vnū oēs perierunt. Ex quo loco nō mō suā ipsius mentē Paul. aperuit, sed ēt mendū in Gal. tex. 9. illo Simpl. cōtineri nobis ostēdit,

Theriaca aduersus tria uenena

Manardi tpę. Nūc enim neq; chalcitis, neq; verum opium, aut aspalathum, marum, thlaspi, costus, radix pentaphilli, myrrhæ, rhœum, cinamomum, casia, polium, schœnāthum, nardus indica, terra Lemnia, hypocistis, dictamnū, petroselinum ue nobis minimè deficiunt; imò neque uerum balsamum, quandò summa Prosperi Alpini celebris medici diligentia non solum eius descriptionem & iconem, quam nuper in lucem edidit, sed & vitentem plantam Venetiis plerique uidere potuerunt, vt propterea verendum non sit, hoc tempore tam præstantē haberi theriacæ confectionem, quàm tempore Galeni apud Romanos Imperatores pararetur, & seruaretur. Sed esto, et aliqua ex illis deficere, cur quæso tam acriter eorum succedanea sunt extrudenda? fueruntne qui theriacam descripserūt Dii an homines? Si cælitus hanc ipsius descriptionem primā accepimus, aut illa ad vnguem est obseruanda, uel si talis nō habeatur, minimè vsurpanda. Sed si homines fuerunt, & homines ne dicam Empirici, sed tamen non primæ classis medici, cur quæso medicamenta eiusdem odoris & saporis, eiusdē deniq; facultatis in deficientiū loco substitui non poterunt? Sed iam ad grauiores obiectiones me conuerto. Suspecta igitur in his febribus non paucis uidetur theriaca, primū quidē, quòd quatenus calida, & sicca febri ipsi aduersetur; deinde verò, quia propter insignem, quam obtinet agitandi, ac fundendi humores uim, coctionē ipsam impediat, nec solùm coctioni impedimento esse possit, imò verò quod in quartana ob intēpestiuū theriacæ usum aliquando euenisse scribit Galenus, id ipsum, & multò magis in febre pestifera contingere posse, vt scilicet tempore cruditatis accepta ægrotantes interficiat. Accedit etiam ex horum opinione, quòd hæc uirtutē ipsam vitalem, quæ in pestiferis febribus languida admodū esse solet, potius deiicit, ut propterea scribat Galenus se aliquando puerum iam extenuatum ob theriacæ usum interfecisse. Addunt etiam, huiusmodi medicamentū neque calidis naturis, neque tempore anni calido, neque uigenti ætate, aut humoribus calidis ex Galeni præcepto usurpari debere. Denique, in febribus pestiferis hoc etiam concesso theriacam minimè obesse, tempus tamen exhibitioni illius opportunū

Lib. de Ther. ad Piso. c. 17.

inueniri

ter aut insensibiliter digerit. Quod etsi in plerisq; ægrotantibus summa cum felicitate plerunque expertus fuerim, quod tamen in Iulio Iustiniano viro Clarissimo proximis hisce diebus euenit, maximè omnium huius antidoti vires confirmare videtur; qui cum iam totus refrigeratus, cum tenui admodum pulsu, & quadam anxietate, ac frequentibus suspirijs tentaretur, duabus vel tribus horis ab assumpta hac antidoto (quam tamen se accepisse ignorabat) totum corpus æqualiter & suauiter incalescere percepit, anxietatem & suspiria tolli, ac pulsum subleuari deprehendit; vt propterea ipsemet adstantes aduocans, hanc tam subitam mutationem admiratus, cum fratrem superioribus mensibus pestifera febre laborãtem ab hoc ipso medicamẽto liberatum vidisset, mihi quoque, inquit, fortasse theriacam exhibuistis; ego enim in nullo alio medicamento tantam vim, quantam ego ipse percipio, inueniri posse existimo. Liberatus autem Deo in primis Opt. Max. deindè verò huic medicamento maximas gratias habuit. Quod ipsum nupertime Thomæ Maripetro cõtigisse Vincentius Gallus auditor noster amantissimus testis esse potest; qui in hoc casu assistẽtis officio fungens, huius antidoti vires summa sui admiratione obseruauit. Sed demus etiam theriacam ob primas qualitates, (quod tamen minimè verum est,) febri obesse posse, quid quæso in febribus pestiferis magis obest? quid illud est, quod homines in hoc morbo tam facilè & citò interimit? estne intemperies calida & sicca? an potius venenata ipsa qualitas? si intemperies esset calida & sicca, profectò à theriaca abstinere oporter. Sed cur non citius, & facilius sub exquisita tertiana, aut continua, aut intermittente, sub ardente, sub synocho ægrotantes ipsi interirent? Quod igitur si non omnes, saltem plerique absque ingenti siti, feruore, & æstuatione, quarta aut septima die vitæ finem imponant; ego nunquam in febrem, vt febris est, sed in prauam ipsius ac venenatam qualitatem causam referendam esse existimo: propterea cum hic sit omnium primus ac præcipuus, imò uerò ferè vnicus harum febrium curandarum scopus, cõtra hanc venenatam qualitatem omnes machinas theriacã, Mithridaticam confectionem, & si alia quoque his maiora, ac calidiora (dum-

t. Seriacæ a...

dem ipso tempore erit usurpanda. Sed dicent isti, fundi ab ea humores; si autem adhuc concocti non fuerint, propterea putridi, eos cum non putridis permixtos nō minus sanos quàm corruptos fundere posse; id sine ratione dici, Galeni ipsius au ctoritas demonstrat. Peste enim infectos, inquit, ab huiusmodi medicamento perinde curari, ac si ignis quidam purificans esset: quod autem vim purificandi obtinet, inquinamenta tātùm, & sordes ipsas adimit, non autem probam rei substantiā dissipat & corrumpit. & profectò si Galenus hac ipsa per theriacam purificatione, declināte tantum morbo, usus esset, ego planè ignoro, vtrum uera illa essent, quæ 9. Simpl. ab eo scribuntur, in graui illa pestilentia sui temporis, solos illos esse seruatos, qui aut theriaca, aut bolo Armena usi essent. Sed de hac quoque obiectione plenius in præscribendo usurpandi modo. Nunc uerò ad obiectionē de quartana febre me confero, quòd scilicet theriaca importunè exhibita non solum duplicem, & triplicē quartanā effecerit, verumetiam aliquos iugulauerit. Ad quam obiectionē minimè difficilem existimo esse responsionē; quandoquidem si causa consideretur, propter quam theriaca in quartanis hanc insignem efficit alterationē, non aliam sanè ob causam id fieri deprehendemus, quā ob humoris, & multi, & frigidi ac sicci, & crassi ac terrestris insignē copiam, & partium ipsam continentium scirrhosam affectionem: ubi enim medicamentum calidum & siccum in tantam humoris crudi quantitatem agit, necessarium omninò est, maiorem esse portionem illius, quod à medicamento semicalefactum, & agitatum in corpore permanet, quàm illius, quod ꝓbè coquitur, ac dissipatur. Vbi uerò hic humor in ea parte, in qua cōtinetur, calefit, & consequenter in aliquos uapores dissoluitur, necessariò ex caliditate (ut alias prætermittā imbecillitatis causas) ad sese alia excrementa corporis attrahit; propterea mirum non est, si ex vna quartana & duplex, & triplex fiat. In febribus autem pestiferis ualdè diuersa est ratio; in quibus magis venenata ipsa qualitas plerūque, quàm humorū copia est uerenda; ut non solùm de hecticis pestilentibus, sed de aliis etiam quibusdam putridis superius adnotaui; in quibus aut tota aut maior periculi uis in uenenato quodam ua-

pore potius, quàm in humore reposita esse videtur, vt ex illo
Com. 75. tertio in tertium Epidemiorum ex Galeni sententia adnotaui.
In istis igitur minimè periculum est, theriacam in corpus aliquod frigidum, siccum, densum, solidum, immobile alicui visceri impactum, & quasi scirrhosam affectionem efficiens operari, imò verò in vaporem leuem, mobilem, qui in principio ipsius morbi quandoque per vniuersum corpus vagatur, & modò hanc, modò illam præcipuam partem petit, & si aliquam obsidet, cum neque magnus, neque inueteratus sit in ea parte huius veneni focus, facilè potest deturbari, ac purificari. Accedit, quòd supposita etiam magna humorum cum hac qualitate venenata putredine, nunquam tamen cum ea humorum conditione, quæ quartanas efficit, hi sunt comparandi; cum omnem febrem pestiferam acutissimum morbum esse sciamus, & (ut iam bis adnotaui) eius conditionis, qui potius circa initia, quàm circa statum suas habeat motiones; de quo morbi genere Hippocratis sententia veritatem habet:
aphor. In principijs morborum si quid videtur esse mouendum, moue. Quartana autem ex aduerso non modò chronicus est affectus, sed inter chronicos omnium longissimus; qui cum neque turgidam neque venenatam obtineat causam, propreà non in principio, sed tantum in statu, & coctionis tempore iudicari potest. Et ideò sicuti in quartanis ob partium affectiones scirrhosas, ob frigidi & sicci humoris copiam, ob eiusdem crassitiem, viscidıtatem, & lentorem theriacæ vis, quasi ignis quidam in ferrum, aut lapidem agens, ipsum quidem accendit ad prauas affectiones producendas aptum; ita dum hic ipse ignis minorem tenuioremque materiam inuenit absque hac tam longa ac diuturna affectione productam, sed tamen impetu quodam huc atq; illuc raptam nulli adhuc parti infixam, quasi stipulam statim accendit & consumit, aut ad imbecilliores partes deducit; ut propereà in illa periculum reduplicationis febrium impendeat; in hac uerò certam morbi resolutionem nobis ipsis polliceatur. & sanè diligentissimus Galenus, qui non in statu, sed tempore, quo venenum agit, theriacam usurpandam esse consulit, si ex vna pestifera duas aut tres, aut necem sicut in quartanis fieri posse

vidisset,

vidiſſet, hoc minimè ſilentio præteriiſſet. Ad tertiam rationem quod attinet, theriacā ſcilicet vires ipſas deijcere poſſe, ego certè ſummoperè miratus ſum viros excellentiſſimos, atque in lectione Galeni verſatiſſimos illud tantum decimumſeptimum caput, minimè verò decimumquintum legiſſe, uel ſi legerint (quod magis credo) plus illi quàm huic tribuiſſe. Sic enim ſcribit Galenus in illo decimoquinto cap. Illud verò, quod in cardiacis ſæpenumero conſpicitur, maximum eſt opus theriacæ, nam cum multis & continuis ſudoribus corpus diffluat, atque ita uires dilabantur, ut nec exhibitum vinum ſæpenumero ſuccurrere morbo valeat, antidotus ebibita & ſudorem comprimit, & concidentem ægri uirtutem veluti ſuſcitat, atque ex infima valentem reddit. Si igitur in cardiacis virtutem, quæ à vino ipſo reſtitui non poteſt, iam penè extinctam reſtituit, vnde quæſo ortum habuit hæc opinio theriacam uires ipſas deijcere? At dicunt Galenum ipſum in cap. illo decimoſeptimo apertiſſimis verbis hoc ſcripſiſſe, quod & nos ipſi confitemur; ſed ut huic auctoritati ſatisfaciamus, uidendum in primis eſt, quam obrem theriacam voluerit Galenus illi puero exhibitam ipſum interfeciſſe. Tribus enim præcipuis modis calor ipſe naturalis extinguitur, admixtione contrarii, ſuffocatione, & marcore. Admixtione contrarii minimè poteſt theriaca, quæ ſi fermentata fuerit, calida eſt, calidum ipſum natiuum extinguere; minus etiam credendum eſt, id ob marcorem fieri poſſe, ſibi enim ipſi Galenus contradiceret, quòd in illo capit. decimoquinto iam apertè teſtatus fuerat, in cardiacis, in quibus iam ob continuos ſudores calor naturalis diſſipatur, ac euaneſcit, theriacam illum reſtituere. Igitur non poteſt ſimul idem medicamentum calidum natiuum & reſoluere, & reſtituere. oportet igitur, ut ſi vlla ratione calori natiuo theriaca eſt infenſa, ea tantum ſit ſuffocatio, non autem extinctio, aut marcor. Eſt autem ſuffocatio; quia tantam ſuggerit theriaca natiuam humano corpori caliditatem, ut ſi corpori, aut ætati, quæ multam etiam obtineat, exhibeatur, ipſam omninò ſuffocare poſſit: talis autem eſt ætas puerilis, in qua propter plurimum calidum innatum,

Ariſt. in li. de lōg. & bre. uitæ.

theriaca cur puerum interfecit

non autem propter alias causas Galenus omninò theriacā habuit suspectam. Sed ne hæc præter rationem dicta videantur, ipsius verba audiamus, quæ idipsum omninò sonant, quod ego nuper docui. Sic enim scribit: Quamobrē & eos qui media sunt ætate, & eos qui naturalem temperaturā calidam admodum habent, moneo, ut neque multoties neq; multū theriacæ suscipiant. Ex aduerso, quibus ætas iam in senium vergit, & plurimum & plerunq;, & non ex aqua, sed ex vino theriacam bibere suadeo, ut ab ipsa & corpus iam flaccescere incipiens reparetur, & natiuus calor iam languescens excitetur. Ex quibus verbis id ipsum cōfirmatur, quod paulò ante dixi, theriacam vires non deijcere ob marcorē; quia calidum scilicet natiuū exiccet; nam si ita esset, senibus esset perniciosissima: oportet igitur, ipsam non alia ratione esse noxiam, nisi quia calorem ipsum natiuū nimis adauget, quod clarius confirmant sequentia Galeni verba, cum inquit: At pueris maximè omniū theriacam interdico, quoniam ipsius magnitudinē illorum vires plurimum excedit: nam & puerile corpus facilè dissoluit, & complantatū spiritum celeriter extinguit. Sed quomodo extinguit? audiamus Galeni verba: Non aliter atq; lucernæ flammam plus quàm cōueniat infusum oleum. Quomodò igitur theriaca vires ipsas possit deiicere, ex istis tantū Galeni verbis, probis & doctis viris iudicandum relinquo.

Alias autem omnes obiectiones sanè ego leuissimas esse arbitror: nam quantum ad temperamentum calidum & tempus æstiuum, atque ætatem pertinet, ego etiam in temperamento calido & sicco, abundantibus biliosis humoribus, cum insigni corporis æstuatione, in ætate etiam puerili ab huiusmodi medicamento abstinerem: sed si in temperamento quoque calido, & tempore æstiuo talem febrem pestiferam curandam susciperem, in qua omnia frigiditatis signa conspicerentur, ego certè in eo casu à theriacæ usu minimè abstinerem: nam cur, quæso, aut temperatura, aut tempus anni si feruida fuerint, theriacæ usum prohibere possunt? nonne propter imminens periculum, ne addito calore calori ex hac tantū insigni caliditate ægrotantes periclitentur? Sed si æger etiam sub canicula quandoq; glacie frigidior esse videatur, uel saltem nihil in se

uat parum caliditatis percipiat, quid quæso est, cur in hoc casu aëris caliditaté uereamur? aer enim neque propriè indicat, neque remediorum vsum prohibet, sed potissimū tanquā signum nobis inseruit indicantis aut pernitiētis principalis: propterea si alia signa multò clariora in corpore ægrotantis apparuerint, quæ ipsius frigiditatem ostendant, non est, quod aërem ipsum neque tanquam caliditatis signum, neque tanquam causam vllo modo respiciamus. propterea Actuarius lib. 5. cap. 6. cùm & ipse Galenum secutus æstiuo tempore theriacam prohibeat, subdit tamen conditionem, nisi periculū metuatur. an uerò ex febre pestifera periculū metuatur necne, prudentibus iudicandum relinquo. Quod autem de tempore obijciebatur, sanè mihi uidetur non esse alicuius momenti; nam multò aliter in curis coactis incedendum est, atque in regularibus effici soleat. laudo quidem ut, si fieri possit, concocto tantùm cibo, quatuor uel quinque horis ante alterius assumptionē theriaca assumatur; sed postulante necessitate existimo etiam cibo non concocto posse theriacam propinari. Quod si id fecit Galenus in casu illius mulieris Romanæ 5. meth. relatæ, cui sumpto cibo theriacam ipsam dedit, multò magis in febre pestifera, quæ nullas uidetur dare inducias, id ipsum efficiendū esse consulo; si tamen uētriculo ieiuno præberi possit, etiamsi per vnam tantū horam ante cibum assumatur, id conducibilius esse existimo. Cùm igitur me omnes aduersariorum rationes diluisse putem, ne tamen vllus omninò scrupulus relinquatur, de modo vsurpādi theriacam aliqua in medium proferre liceat, quibus neque huius antidoti caliditatem, neque alia obiecta circa eius administrationē impedire posse multò fortius confirmari poterit. In primis autem illud vniuersaliter obseruandum esse existimo, theriacam in illis febribus admodùm ardentibus, si quæ fuerint, minimè esse usurpandam; in illis autem quę frigiditatis non solùm exterioris, sed & interioris notas admodum conspicuas habent, quales lecticæ pestilentes esse solent, absque vlla alia conditione præbendam esse, quidquid alii hac in re dubij habere possint: nam etsi uideo Iuliū Alexādrinū, virū alioquin grauiss. in suo illo de Theriaca tractatu hāc in omnibus pestiferis habuisse

Cap. 8.

administro theriacam

suspi-

Hectice pestilentes

suspicionem ne.s. in hecticas ob nimiã Theriacæ siccitatẽ desinant; ego tñ cùm pro certo habeam, hecticas pestilentes non rõne siccitatis, vt ex primo de diff. feb. 9. colligitur, sed ex hoc tantum quòd praua hæc qualitas solida cordis occupauerit, tales uocari, ab hoc remedio propter hanc causam minimè desistendum esse puto; in quibus verò extremæ, & externæ partes algent, interiores verò admodum incalescere videntur, non tamen omninò exurentes sunt, theriacam cum cautione quadam offerri volo. Non ignoro plurimos ipsam aut sacchato rosaceo, aut borraginato, uel buglossato, aut conserua acetositatis citri, aut acetosæ, miscere, quæ omnia mihi probãtur; in his tamen casibus nihil melius theriacæ caliditatem (si suspecta fuerit) corrigere posse arbitror, quàm largam & copiosam aquæ refrigerantis sorbitionem; qualis aut acetosæ, aut cichorij, aut alterius consimilis herbæ ad id genus febrium accommodatæ esse posset: nam præterquam quod Galenum imitaremur, qui theriacam ipsam aliquando ex aquæ cyathis duobus, aliquando tribus exhibuit, etiam omnem caliditatis malitiam euitare possemus. Tempus vniuersale exhibendæ theriacæ (per vniuersale uerò non intelligo anni tẽpora, æstatem aut ver, sed tempus vniuersale ipsius morbi) non est status, non est concoctionis tempus, sed principium: nam sicuti ante morbum ad partium principalium custodiam theriaca & aliæ plurimæ confectiones assumi solent; ita quoque theriaca si quamprimum, nisi quid impediat, exhibeatur, multò meliùs & venenum expellit, ac præcipuè ipsa membra tuetur: si enim in morbis acutis dicebat Hippocrates, eadem die esse medicandum, si expedit, ego in quo casu magis mederi expediat, quàm in casu veneni, sanè non inuenio. & ideò sicuti illum qui lethale venenum assumpserit, aut à bestijs venenatis ictus fuerit, non postridie, non in tempus autumnale, si æstiuum fuerit, curandum suscipimus, sed eademmet hora, si fieri posset, magnas antidotos nulla alia habita uel temporis anni, vel temperamenti, aut etiam plenitudinis, uel cacochymiæ ratione medemur; ita multò magis venenatam hanc qualitatem pestiferæ febris eo ipso tempore, quo uocati fuerimus, omni nostra industria superare debemus. Nam quæso

Theriaca cum aq. exhibita

Quando exhibenda theriaca

in

In peste ipsa nonne omnes unanimes & concordes hanc medendi rationem insequi solent, ut ante horas vigintiquatuor sudorifica in cutem venenum trahētia validissima vsurpent? Cur itaque etiam in febre pestifera non quidem ratione humorum putridorum, sed ratione veneni id ipsum efficere nō licebit? Ego sanè (vt antea quoque dixi) non video; cum nō minus timenda sit veneni ex interiore causa geniti uis, quàm ex exteriore, imò verò magis. Si igitur in hoc nemo quamprimum ad theriacam & Mithridaticam confectionem deuenire timet, de nulla alia omninò re habita sollicitudine, cur in illo quiescendum, & naturæ totum hoc opus vsque ad concoctionem relinquendum existimet? Consulo tamen vt, si virtus ipsa permittat, aut purgatio, aut venæ sectio, aut vtrunque, vel aliquid, quod horum vicem gerat, ante theriacæ assumptionem adhibeatur. postulante tamen necessitate, viribusque euacuationem non sustinentibus, absentibus prætere a euacuandi indicationibus, vt in hectica pestilēti, audacter medicamentum hoc præbendum esse consulo. Quod ad quantitatem pertinet, certum est ex omnium scriptorum sententia multò maiorem debere esse theriacæ quantitatem in curatione quàm in pręseruatione; ꝓpterea in curatione, aut scru. ij. uel drac. I præberi debent, neq; intensam caliditatem vereri oportet, quam tot iam propositis modis corrigere possumus; prætterquam quod experientia doctus sum, tantam ex huiusmodi medicamento caliditatem non induci; Cum n. ꝓximis hisce diebus cuidam mulieri pestifera febre laboranti drac. ij. theriacæ in quatuor bolos distributæ quatuor vicibus propinandæ præscripsissem, adstantium incuria factum est, vt totam illam medicamenti quantitatem vnica vice acceperit, neque tamen cum ego mane accessissem, vllum vestigiū impressæ caliditatis inueni, imò uerò cum illam omninò morituram medicus, qui illius curam habuerat, iudicasset (ego enim casu ad illam vocatus sum) summo mane tantam morbi in melius commutationem animaduerti, vt quam iam interituram accēsis lucernis cuncti domestici timebant, post tres, vel quatuor dies omninò incolumem inuenerint. Iam meo muneri satisfecisse mihi uideor, cuius gratia totam hanc disputationem

cationem aggressus sum; quia tamē ab Hieronymo Zabarella Serenifs. Principem harum febrium plenam atque absolutā curationem audire cupere, & aliquid etiam ad earundem præseruationem à nobis expectare, intelligo, paucis etiam uerbis hac quoque in re illi satisfacere non recusabo. & cum de curandi ratione per chirurgiam, victus rationem, euacuantia, atque alterantia medicamenta iam satis à me dictum esse putē, in hoc tantum versabor, ut de potioribus medicamentis, & eorum materijs, tam internis, quàm externis, quæ ad expugnandam præsentem venenatam qualitatem, aut ad imminentem superandam facere possunt, sermonem instituam. Inter medicamenta igitur interiora, quæ in his casibus mihi theriaca minimè inferiora esse videntur, est Mithridatica confectio; est etiam aqua stillaticia, & ea quidē duplex, altera quidem in æstuosis, altera in tepidis seu frigidioribus pestiferis vsurpanda. Vtranque Venetijs apud Vincentium Bononiensem parari curaui: primam quidem ex frigidis, secundam verò ex calidis cordialibus tamē medicamētis confectā. Et prioris quidem vnc. ʃ. in alia aqua stillaticia: secūdæ aūt drach. 1. in eadem aqua stillaticia exhiberi volo; quā sanè aquā eiusdē cum Theriaca facultatis esse iudico, in hoc tamen præferendam, quod facilius assumatur, & multò iucundior sit. Non improbantur boli quidam confecti ex tormentilla, scordio, dictamno, rad. pentaphylli, osse de corde cerui, cornu cerui, rasura eboris, rasura cornu vnicorni. non displicet etiam terræ Lemniæ, Samiæq; vsus. de lapide autē illo bezeartico quid dicere debeam, ego sanè ignoro. millies illo vsus sum ex magnis, ex paruis, ex æqualibus, ex inæqualibus, ex rudibus, ex lenibus, ex cinericeis, ex fuscis à mercatoribus, à nobilibus, à principibus desumpto, in parua, in media & maxima etiam dosi usque ad grana 13. exhibito; nullam tamen in eo vtilitatem deprehendi, siue puluerem, siuè festucam, aut folia exiccata inclusa habuerit. propterea ego quidem vel exilem, uel fortè nullam in eo (quicquid alij sentiant) uim inesse existimo. Glebam illam ex albo & rufo mixtam, quam puto ex Armenia & Samia terra constare, ego tantum probo, quantum etiam terras iam propositas. Et hæc de internis curatiuis

tis dicta sufficiant: nam qui plura uoluerit, adeat Andream Gallum fasciculo 5. qui syluam tam grandem syruporũ, purgantium, trochiscorũ, puluerũ, tragearum, aquarum, electuariorum instituit, ut potius ob copiam quàm ob inopiam accusationem aliquam mereri uideatur. Exteriora autem alia similiter in febribus admodum æstuosis, alia uerò in frigidis seu tepidis conueniunt: in æstuosis enim Arabum consilium mihi probatur, ut epithemata & inũctiones tam cordis quàm hepatis refrigerantes sint, quorum materias tanquam omnibus conspicuas relinquo. In tepidis autem & frigidioribus inunctiones cordi ex theriaca confectas magnam quidem utilitatem præstare posse iudico, magis tamen quibusdam oleis tribuo, quæ in his casibus parari solent, quale est illud oleum de scorpionibus Mattheoli, oleum Carauitæ, oleum Magni Ducis Herruriæ; siue solis, siue etiam theriaca, Mithridaiove, aut alijs cordialibus admixtis; quibus si cor, pulsus, pedes, perinæum (vt tempora prætermittam, quæ si inungātur, cerebrum nimis replere possunt) si inquam propositæ partes illinantur, omnem malignitatis uim ad exteriores partes detrũdere, atque ipsum cor mirificè corroborare valent. Quantum verò ad præseruationem pertinet, hæc partim victus ratione, partim autem medicamentis perficitur. in aëre sereno, quantum fieri potest, ad Orientem aut Aquilonem hoc tempore vergente habitare commodius est. victus sit moderatus, ad frigiditatem & siccitatē inclinans: propterea omphacium, succus granatorum, limonum, citriorum, citrangulorũ, acetum, cerasa acida, & cæteris cibarijs admixta, & sola etiam vsurpari possunt. Vinum sit optimum, optima tamen aqua mediocriter dilutum. Carnes potius sint auiculæ & montanæ, pisces saxatiles, fructus, pruna, vua, & ficus; etiamsi poma ac pyra potissimum cocta & amygdalę non improbentur. Exercitatio corporis nunquam prætermittatur; Rhasis enim commemorat, in magna quadam pestilentia omnes ferè præter venatores non tantum ob corporis exercitationem, quantum ob soli frequentem commutationem, peremptos fuisse. Somnus & venus sint moderata. Alui excrementa quotidie, si non sponte, saltem clystere educantur. Sub aere autem fri-

diore etiam semel in hebdomade pilulis illis Rufi, siue aloë, crocum, & myrrham, siue loco croci amoniacum recipiant, aluus lubrica seruari poterit. Cæteræ omnes naturales & consuetæ euacuationes etiam illæ pro consuetudine fluant. Ex antidotis autem illæ eædẽ in præseruatione usurpari possunt, quas etiam in curatione proposuimus. Sunt tamen & alia quædam remedia, quæ putantur corpora, etiam à legitima peste præseruare, ut est illud quod à Pompeio in Mithridatis sanctuario repertum est, de quo meminit Galenus 2. de alimentorum facultatibus, quod recipit nuces duas, ficus totidem, rutæ folia. 20. de quo etiam Quintus Serenus Sammonicus sic scribit:

Bis denum rutæ folium, salis & breue granum
Iuglandesque duas, totidem cum corpore ficus.
Hæc oriente die, pauco conspersa lyæo,
Sumebat metuens, dederat quæ pocula mater.

Eandem vim plurimi in allio theriaca rusticorum vocato inesse existimant. Alii etiam radicem enulæ aceto maceratam, & linteolo conuolutam naribus sæpe utuntur. succum thapsi barbati expressum & vino tenui mixtum, non solum à morbo præseruare, sed & correptos liberare, multorum obseruationibus comprobatũ est. Lauinius Lemnius 4. de occultis nat. miraculis cap. 17. cortici, succo, & semini mali citrei magis videtur tribuere quàm cæteris omnibus medicamentis. Sed hæc omnia & alia sanè plurima, ex aristolochia rotunda, baccis lauri, gentiana, myrrha, ruta capraria, saluia, hyssopo, lauendula, spica, scabiosa, calendula, berberis, nenuphare, ligno Aloe, cariophyllis, & aliis id genus plurimis confecta, cùm ego ipse in illas aquas stillaticias, de quibus paulo ante memini, immisceri curauerim, quæ minori etiam cum molestia à cunctis assumuntur, propterea cætera hæc omnia prætermitti, illamque vnam aquam in vsu habendam esse consulo.

Hæc autem volui conscribere, tum ut Illustrissimo Iuliano, quem usque ab eo tempore, cum Patauij bonarum artium studia exercebat, atque in illis admirandos progressus faciebat ad omnem excellentiam, semper & colui & obseruaui, satisfa-

tisfacerem; tum uerò ut Serenis. Ducis eius Patrui mandatis obedirem, atque in primis ut publicæ saluti consulerem. Non quidem quòd me eum esse existimem, qui possim aliquid quód uiros doctos doceat, in medium proferre; sed tantum, quod etiam à principio dixi, ut meam hanc medendi, & cæteros docendi rationem immutare possem, si talia à probis & doctis viris in medium proferantur, quæ nostras has ex melioribus medicinæ fontibus desumptas rationes cōuellere possint.

FINIS.

Cum licentia Superiorum.

REGISTRVM.

a A B C D E F G H.

Omnes ſunt duerni.



P A T A V I I.

Apud Paulum Meiettum. M. D. XCI.